tutis populi Romani. Cardin. consil. 2. & ideò consuluit, quod diuus Nicolaus, Marchio Astẽsis genitor Illustrissimi Ducis Ferrariæ, non ligaretur etiam de honestate statutis populi Ferrariensis. Felyn. c. 1. de constitu. sub num. 30. Socin. consil. 4. num. 23. in 3. Natta consilio 44. num. 1. in 1. volu. & ratio, quare liberi statuentis non ligantur statuto est, quia priuilegium patris ratione dignitatis sibi competentis transit ad liberos, etiam post mortem patris secũdùm Paul. de Cast. in l. 1. C. de episc. & cleri. allegantem l. 1. in prin. ubi plenè, Alexand. ff. quòd quisque iur. ita summus legum Doctor. D. Cosmus Pasethus Ferratien. in quodam eius consil. non impresso. incip. Clarissime D. Vicar. ubi in terminis statutorum Ferrar. Nunquid statutũ liget Principem Ferratien.

Præsumptio est pro scribente, quod quis fuerit præsens, quando scribens habet priuilegium, ut credatur suis libris. Bero. in consil. 198. numero 10. in primo volum.

Præsumitur in dubio factum solemniter actum, nisi contrarium probetur c. in presentia, de proba. Ferrettus consi. 303. num. 5. in 1. uolum.

Scriptura in uno falsa psumitur falsa etiam in aliis similibus. ita si in aliquibus reperitur uera presumitur in omnibus, ut eadem sit ratio cõtrariorum. Ferrettus in consil. 370. 6. in 2. uolum.

T

Talis quis esse non presumitur, qui se pro tali gerit. Butr. in c. cum super, nu. 4. de cau. poss.

Talis quis presumitur, qualis ipsius patria præsumatur. Barb. in c. cognoscentes, num. 48. de constitu.

Testator in dubio non præsumitur uelle grauare hæredem. Sapia in l. hæreditatem, nu. 17.

Nulla est presumptio in testamẽto, contra quam probatio nõ admittatur. Butigella super l. sciendum, num. 11. ff. si certum petatur.

Tacitas institutiones elicimus ex presumpta filiorum affectione. Fortunius in l. Gallus. §. & quid si tantum, nume. 72. ff de liber. & posthu.

Talis quis esse presumitur, qualis est habitus eius exterior. Socin. Sen. in c. si uero, de sententia excommunica. num. 3.

Præsumitur pro testamento. Cephal. consi. 390. num. 1. Presertim ubi suas continet exactas solemnitates, ibi. num. 2.

Præsumptio, ubi aliquid fieri potest tempore prohibito, & tẽpore

pore permisso, presumitur in dubio factum tempore permisso. Beccius in consilio 60. num.24.

Præsumptio est pro testamenti ualiditate. Mazollus in consil. 105.num.34.& consi 43.nu.9.

Titulus & bona fides psumitur, licet non allegetur,& tempore cuius initij memoria nõ est in contrarium. Mazollus cons. 75.num.11.

Presumendum non est, quòd testator elegerit uiam, per quã eius dispositio impugnetur. Bombi.consi.54.num.44.

Testamenti notitia præsumitur eorum, quæ in testamento paterno continentur in fratrib. qui confitentur se esse heredes ex testamento. Crottus consi. 302.nu.4.

Presumitur scientia testamenti paterni in filio, si soluit legata relicta in testamento, uel si cũ legatario aliquod pactum fecit. Crottus consi.302. numero 7.

Præsumptio pro legitimo titulo allegato ex prestationibus per longum tempus factis. An habeat locum etiam in donatione, & cur. Bertrandus consil. 109.nu.8.in 3.parte.

An semper posit presumi de aliquo, quod semper fuerit talis, qualis est. Bertran. consi.7.nu. 8.in 1.parte, secundi tomi.

Præsumpta mens testatoris, an uerbis instrumẽti preferatur. Bertran.in consi.36.num.3. in 2.tomo.

Talis qualis quis esse psumitur, qualis reperitur. D. Menoch. de adipiscen.posses.remedio 4. num.687.

Presumptio non modica quando surgit ex dicto unius testis ei statur. Bal.in c.super eo. nu. 3.de testib.

Præsumptio iuris & de iure, in quo differunt. Bald.in rubr. de præsumptio. num.2.

Presumptiones iuris sunt scriptæ in legibus, sed præsumptiones iudicum non possunt describi. Bald. in rubr. de præsumptio. num.3.

Presumptio idem est aliquando, quod interpretatio. Bald. in rub. de præsumpt. num.4.

Probatio efficax dicitur liquida probatio. Bald. in rubr. de presumptio. nu 5.

Presumptionem sufficientẽ que faciant. Bal. in c. iuramentum, num. 18. de iureiuran.

Testamentum inter liberos præsumitur habere clausulam cõdicillarem. Mantua consi 180. num.8. in 2.uolum.

Vna presumptio aliam tollit. Mãtua consi.172.num.25.& cons. 173.num.27.& consil 193. nu. 8.& expressa tacitam, ibid. nu. 26.& consil.69. num.21. in secundo volum.

Testator quando extra se reperitur,

tur, est præsumptio contra notarium, usque adeo, ut non admittatur probatio in contrarium. Mantua in consil. 324. num. 3.

Testator non præsumitur uelle, quod non disposuit. Mantua in consi. 329. nume. 8. in primo volum.

Testator non præsumitur uoluisse, quod locutus non est. consi. 47. num. 10. & 58. nu. 4. & 127. num. 10. & 194. nu. 8. in primo.

Testator præsumitur sanus mente. Mantua consil. 62. num. 26. in primo. Nisi contrariũ osten datur. idem consi. 110. nu. 20.

Testator non præsumitur immemor salutis æternæ. Mantua in consi. 62. num. 27. in 1.

Testator p̄sumitur elegisse uiã, ut eius dispositio ualeat. Mantua consi. 69. nu. 16. in primo.

Testator præsumitur uoluisse, qđ respondisset uerisimiliter, si fuisset interrogatus. Mantua in consi. 115. num. 4. in primo uolum.

Testator non præsumitur uelle se incontinenti corrigere. Mantua in consilio 162. numero 11. quod declara. ut ibid. in primo uol.

Testator non præsumitur uoluisse, quod consuetum non est. Mantua in consi. 208. num. 32. in primo.

Testator non præsumitur uoluisse, nisi disposuerit. Mantua in consilio 208. numero 32. in 1. uolum.

Testator præsumitur disposuisse, eo casu, de quo, si interrogatus fuisset, ita uerisimiliter respondisset. Mantua in consil. 329. num. 4.

Testes de auditu faciunt præsumptionem, adeo ut onus probandi transferatur in aduersarium. Mantua in consi. 221. nume. 4.

Titulus uerus non præsumitur. Mantua consi. 297. num. 1.

Testator non præsumitur intellexisse de rebus futuris. Menochius consi. 30. nu. 12.

Testator præsumitur uelle se conformare cum dispositione statutaria. Menochius in consilio 95. num. 61.

Testator præsumitur uoluisse disponere in casu magis dubitabili, & necessario. consil. 30. nu. 9. per D. Menochium in j. uol. & consil. 81. nume. 37.

Testator semper præsumitur disponere ad beneficium familiæ, & ad eius conseruationẽ. Menochius consi. 30. nu. 6.

Testator non præsumitur uoluisse eligere uiam, qua sua dispositio subuertatur. Menochius consi. 95. num. 108.

Testator præsumitur, quòd uelit heredem suum facere debere, quòd ipse testator, si uiueret facturus erat. Menoch. consil. 33. num. 22. in primo.

Testator præsumitur magis diligere filiam quàm neptem, & neptem magis quàm pronneptem, & sic deinceps. Menochi.consi.95.nu. 28.in j.vol.

Testator in dubio non præsumitur voluisse frustra disponere. Dom.Menochius consi.67.numero.130.

Testator non præsumitur in dubio cogitasse, vel voluisse, vt extranei præponerentur suo consanguineo. Menochi. consi.37. nume.135.

Testator, qui in primo testamento voluit bona in familia conseruari, idem uoluisse in secundo præsumitur. Menochius in cons.85.nu.17.

Testator non præsumitur uoluisse statim se corrigere. Menochius consi.105.nu.63. Nec uoluisse recedere statim à prima dispositione.ibi.nu.45.

Testator non præsumitur elegisse uiam, qua suum testamentum rumperetur.Menoch.cōsi.105.nu.7.

Testator præsumitur magis diligere iam natos liberos, quàm nasciturος. Menochi. consil.1. nume.185.

Tutor diues & nobilis præsumitur rectè administrasse, & sine dolo & fraude. Menochius cōsi.22.nu.7.in j. vol.

Testatoris mens præsumpta ex dispositis in testamento colligitur.Bero.in consilio 119.numero 19. in secundo volumi.

Testator non præsumitur extraneum propriæ soboli præferre voluisse.Do. Octauia. Vulpellus.in tracta.de Pace q.54.numero 3.

Tractatus & solemnitates præsumuntur propter antiquitatē temporis interuenisse, ut est communis opinio.Ferretus cōsi.249.nu.16.in 2.vol.

Testator non præsumitur plus dilexisse nepotes proprijs filiis. Rimin.Iun.consi.37.nu.27.

Testator præsumitur minus grauare hæredem suum, quàm sit possibile.Rimina. consi.19. nu.44.

Testator præsumitur se uoluisse conformare cum consuetudine patriæ.Rimi.Iun. consil.88. nu.26.

Testator præsumitur se cōformare uoluisse cum Statuto.Rimi. Iun.consi.47.nu.20.

Testator præsumitur grauare minus quàm sit possibile personam dilectam.Bursat. consil. 123.nu.13. decisio Perusi.23. nu.8.in prima parte.

Testes præsumuntur contestes. Bursa.consi.33.nu.25.maxime si dent alias personas non nominatas in contestes.Idem cō si.33.nu.19.

Testamentum præsumitur, uel donatio, ex testibus adhibitis uel forma seruata. Burs. consi. 33.nu.16.

Testa-

Testator præsumitur diligere magis descendentes, quàm alios. Burs.consi.13.nu.56.

Testes præsumuntur contestes. Bursatus consi.88.nume. 11. & nume.18.

Tituli deducti præsumpta probatio fit spacio decem annorum inter præsentes,& uiginti inter absentes.ex communi.Bursa.consi.27.nu.6.

Titulus seruitutis præsumptiuæ probatur ex possessione decēnali inter præsentes, cum patientia & scientia Domini, ex quibus seruitus acquiritur ex communiori.Bursatus in consi.87.nu.22.

Testamentum in dubio præsumitur ualere.nisi de uitio uisibili constet.Bero.consi.1.nu.72.& 74.nu.2.

Testatores semper præsumuntur uelle conseruari debere agnationes & familias. Bero.in consi.188.nu.12.in j.uol.

Titulus facit præsumi bonam fidem. Bero.in consi. 191. nu.4. in j.uol.& consi.169.in j.

Titulus non præsumitur ex diuturnitate temporis, quando de magno præiudicio tractatur.Bero.in consi.48.nu. 21. in 3.uolum.

Titulus tollit præsumptionē clādestinæ possesionis.Ber.in cōsi.56.nu.37.in 3.vol.

Titulus præsumitur, non autem iustificatur ex cursu temporis immemorabilis.Bero.in consi. 144.nu.77.in 3.uol.

Tutor quando ex pecuniis pupilli acquisiuisse, & locupletatus præsumitur.& quando non.Bero.in consi.191.nu.59.in j. vol.

Talis quis esse præsumitur, qualis est eius patria. Item qualis fuit eius pater sæpe,non tamē semper. Itē qualia uerba profert, & eius animus censetur fuisse,qualia uerba sonant. Nisi propter excellentiam dignitatis,vel status,uel alias cōtrarium appareret. in repertorio Inquisitorum. In uerbo Præsumptio.col.7.

Testis uoluntariè deponens non præsumitur amicus. Rebuffus in tracta.de testib.in gl.4.n.1. Tomo 3.

Testibus minans malam causam fouere præsumitur. Rebuffus in tract.de testib.in glo.9.n.3. Tomo 3.pagi.400.

V

Voluisse quis non præsumitur, quod non dixit, si quidem illud expressisset. Ferrettus in consi.369. in 2. uolu. num.5.

Viri literati habent pro se præsumptionem. Ioan.Andr.in ca. cum in iuuentute.col. 3. circa med.uersi.literatum. de præsumptio. Nam præsumitur ꝓ aliquo ratione dignitatis, uel lite-

literaturæ. Ancharan. in d. c. cũ in iuuentute nu. 4.

Violenta præsumptio secundum Inno. dicitur illa, quæ ad sentẽtiam sufficiat. Ioan. And. in c. tertio. de præsumptio, col. 4. circa medium. uersi. & in uia.

Vehementi aliqua præsumptione non debet quis, maximè de graui crimine condemnari. Ioan. And. ca. in literas colum. 1. circa prin. uer. literas. de præsumptio. Præposi. in c. is qui fidem. in uer. Circa materiam. in 2. col. de sponsa.

Vsitatum non est ullo tempore efficax est præsumptio. Anca. in cap. 1. de cleri. non residen. nume. 3.

Variantes & contraria respondẽtes, præsumptio est contra eos. Ancha. in c. unico. ut eccle. bene. nu. 12.

Violenta præsumptio sufficit ad condemnationem. Ancharan. in c. excommunicamus. §. qui autem nu. 5. de hæreti.

Vna præsumptio eliditur per aliam. Ancha. in c. illud quoque. de præsump. nu. 6.

Violenta præsumptio ex canone inducta. An sufficiat in criminalibus ad condemnationem. Præposi. in cap. inferior. 21. distinctio.

Violenta præsumptio probationem inducit, ut ex ea possit sẽtentiari. Butri. in c. 1. num. 1. de præsumptio. Et sufficit ad formandum sententiam, & simplex adminiculat alias probationes. Butri. in ca. 11. nu. 6. qui matr. accu. possunt.

Violenta præsumptio non causat condemnationem si probatur contrarium Butri. in c. literas. nu. 19. de præsumptio.

Violenta præsumptio parat iudicium, temeraria uero non, sed uerisimilis inducit purgationem. Butri. in c. si quis. nu. 7. de purga. cano.

Vehemens præsumptio in ciuili operatur, ut ex ea possit sequi sententia. Butri. in c. 3. nu. 14. de successio. ab intesta.

Violenta præsumptio pro certitudine habetur, & aggrauat ꝑbãtem ad euidentissimas probationes. Butri. in c. 3. nu. 5. de presby. non baptiza.

Violenta probatione probatur carnalis copula Butri in c. literas. nu. j. de præsump.

Violenta nisi præsumptione quis potest de crimine damnari. Butri. in c. excommunicamus nu. 12. de hæreti.

Visus extra domum cum gladio nudo sanguinolento, & in illa domo reperitur vnus mortuus uel uulneratus. An præsumatur, quod ille fuerit? Ana. in c. insinuatum, in secunda colu. de simonia.

Verba nimis pinguia lata & generalia posita in instrumento faciunt præsumi contra ipsum

si in

Vehemens præsumptio non operatur, vt in criminalibus pro vera probatione habeatur, licet secùs in ciuilibus. Mazollus in consi. 102. nu. 79.

Præsumptio verisimilior præfertur. Mazollus consi. 16. nu. 34.

Præsumptio est animi legislatoris ad verisimile applicatio. Mazollus consi. 16. nu. 35.

Præsumptio omnis & coniectura legalis est fundata in verisimili. Mazollus consi. 52. nu. 29.

Præsumptio fit de verisimilibus, & non de nõ verisimili. Mazol. cõsi. 110. n. 79. & consi. 51. n. 40. consi. 64. n. 13.

Voluisse quis præsumi, ꝙ non potest. Crotus consi. 188. nu. 16.

Viuere quilibet præsumitur usq; ad centum annos. Crottus in consi. 188. nu. 37.

Præsumendum non est pro uili ꝑsona. D. Asinius in eius practica in § 8. c. 1. nu. 14.

Præsumptiones euidentes & violentæ in criminalibus, an sufficiunt ad condemnationem? Bertran in consi. 288. nume. 4. in 2. parte.

Verisimilis præsumptio grauat illum, contra quem est præsumptio, secus si de non uerisimili Vitalinus in clem. quia contingit nu. 49. de religiosis domi.

Præsumitur pro ueniẽtibus ab intestato. D. Menochius de adipiscen. poss. remedio 4. nu. 748.

Præsumitur visus in eo, quod cõmuniter fiat inter quasi omnes. Bal. in c præterea. nu. 11. de testibus cogen.

Venditio præsumitur, vel contractus emphyteuticus ex comparatione quantitatis ad rem. Bal. in c. si proponente, num. 5. de rescrip.

Viuere an præsumatur quis vsq, ad centum annos? Anton. Gabriel. lib. 1. Communium conclu. titul. de Præsumptionibus. concl. 16. & vltima.

Vehemens ꝑsumptio ad condẽnationem sufficit. D. Menoch. de arbi. iud. casu 416 num. 14.

Velle quis non præsumitur, quod non loquitur. Mantua consi. 69. nu. 3. in 2. uol.

Voluntas præsumitur durare non mutato testamento. Mantua consi. 150. nu. 5. in primo.

Ex repetitione uerborum præsumitur deliberata voluntas disponentis. Mantua consi. 10. nu. 27. & consi. 243. nu. 8.

Quis non præsumitur uelle, nisi quod dicit. Mantua in consi. 7. nu. 9. in j. vol. & consi. 22. num. 14. eo. vol.

Verba repetita efficiunt, vt non præsumatur erratum. Mantua consi. 300. nu. 17. in j. vol.

Voluntas testãtis talis præsumitur, qualis esse debet de iure, M. Mantua consi. 7. nu. 25. & 115 nume. 5. & 134. nume. 3 & 176. num. 1. & 177. nu. 4. & consi. 10. nu. 22. & consi. 34. nu. 38. & cõs.

uenditionem, ab ea infra modicum tẽpus recęditur. Bero. in consi.170.nu.10.in j.vol.

Venditio non p̃sumitur ficta nec simulata ex eo, quod uenditor in possessione remansit, quando de fructibus emptori respondit, ibi.nu.12.d.consi.170. in j.vol.Bero.

Veritas sola, & non præsumptio attenditur in foro animæ, licet in foro contentioso stetur præsumptioni iuris & de iure. Bero.in consi.30.nu.39.in 2.vol.

Voluntatis mutatio nõ pręsumitur, nisi probetur.Bero. in consi.55.nu.8.in 3.uol.

Violentiæ præsumptio cessat ex præsentia iudicis, & consanguineorum. Beccius consi.50. nu.34.in primo, & 59.nu.15.& 16.in 3.

Violentiam facere nõ uidetur iudex, & pro facto suo præsumitur, nisi possit de dolo suo argui.Bero.in consi.56.nu. 21. in 5 uolum.

Vsurarum præsumptio cessat in contractu simulatæ uenditionis, ex quo põt resultare mutuum, & pignus præsumptũ. Bero.in cõs.209.n.14. in 3.vol.

Vxoris esse in dubio præsumuntur uestes ad usum mulieris destinatæ, & quibus uxor utitur.Bero.in consil.47. nume.1. in j.volum.

Vxoris an & quando mariti in dubio præsumãtur esse bona, quę uxor possidet, & quibus ipsa utitur.Bero.ibi.nu.2.

Vxor unà cum marito uiuente iure familiaritatis bona illius possidens, eo mortuo cõtinuãdo ex eodem titulo possidere præsumitur. Bero. in consi.60. nu.5.in 2.vol.Nisi pro dote retineat sua.

Vsurarius contractus ad minus ex tribus præsumptionibus legitimis pręsumi põt, nec duæ tantum sufficiunt.Bero. consi. 166.nu.3.in j.vol.

Vsurarius cõtractus ex quot præsumptionibus à canone nõ expressis præsumatur, iudici est arbitrarium.ibi.nu.5.& per totum illud consilium, ubi plura de contractu vsurario præsumpta, ad quod recurras.

Vita pręterita pręsumitur de pręsenti.in Reper. Inquisitorum. in uer.Præsumptio.col.2.uers. Pręterita.

Viuere quis non pręsumitur de uento, l.fi.C.de alimentis pupillo pręstandis.

Velle quis non præsumitur, quod de iure est imposs ibile. Natta consi.643.nu.6.in vlt.vol.

Vacante ecclesia pręsumũtur adesse clerici idonei ad titulum uacantem, & de quibus possit fieri electio, nisi cõtrarium sit probatum. Vnde defuncto Episcopo, electio Episcopi spectat ad clerum & populum Ciuitatis, de consensu & uoluntate

Serenis. Principis, Hodie tñ Romani Pontifices reseruarũt sibi & ,Consistorio Cardinaliũ prouisiones Episcopatuum p̃ uiam electiuam,ut in terminis consuluit Io. Bap. Ferretus cõ si.301.in 2.volu. per totum. Et Princeps aliqua ratione potest promotum ad Episcopatum in sua Ciuitate opponere, & allegare eum suspectum ra tione patriæ unde,electus est oriundus, uel propter parentes & maiores suos, qui Princi pi fuerunt infesti, uel alia simi li causa, uel quòd sit forensis, ne secreta suæ Ciuitatis pandat, quia securius est genitos in loco idoneos non postponi exteris. & hoc est ualde honestum & fructuosum cul ui diuino, ut quisq; in patria sua be nificetur, ne forensis occupet stipendia geniti, cum non bonum sit assumere panem filiorum & dare canibus, ut dicitur in Euangelio. Nam peregrini, & extranei non debent proponi ad exclusionem ciuium de loco in prouisione facienda de Episcopo cine emeritis. c.nullus 61.dist.ne plebs inuita Episcopum non optatum contemnat. & ne exterus Epi scopus intret, ut vulp s, & regnet ut Leo. uidemus simile in Christo, qui solum de Iudæa elegit Apostolos, & plures etiã ex consanguineis suis, quorũ statum representant Episcopi, qui ab ipso post datum illis spiritum sanctum, missi fuerũt per vniuersum orbem ad prædicandum Euangelium, Matthæi cap. 21. ita consuluit idẽ Ferrettus in consilio 279. in secundo vol. per totum, quod nota. 1578.

F I N I S.

REPERTORIVM IVRIS PRAESVMPTIONVM ALPHABETICVM,

DOM. HIPPOLYTI BONACOSSAE, IVR. VTR. D. FERRAR.

Pars Secunda.

A

ACQVIRERE quis pręsumitur ex propria pecunia l.si defunctus C.arbi. tutelæ.Bertrand. consi.293.num.4.in 3.

Aggressus, seu primò percussus semper pręsumitur repercutere ad sui defensionem, non ad uindictam, secundùm Bald. in l.2.C.de sicariis.

Animus malus, an & quando pręsumatur in pura rixa. Nouell. in tract. ad defensam. nu.125. fol.62.

Animus, an coniecturis & præsumptionibus probetur. Nouellus in pract.fol.19.num.31. ubi quòd sic.

Armatus stans cum offendente pręsumitur opem ferre. Brun. in trac.de indi.fol.20. num.38.

Actus in dubio præsumitur in casu concesso, & non prohibito. Blancus de qq.num.358.& pręsumitur ualiditas actus in dubio,

bio,ac ſtatur illi donec de contrario conſtet. Vantius de nullitate proceſſ. fol.74. nume.3. Roland.de lucro do. q.96.

Adulterium præſumitur commiſſum de uoluntate uiri.Follerius in practica cri. uer.item quòd fuit leno.num 6.

Animus occidendi pręſumitur ex conſuetudine occidendi. Carrerius in prac.crim.nu.35.

Animus occidendi percutere, quando quis intelligatur, ſi aſta, uel baſtono percutiat quis in capite.Carrer. ibi.nu.30. & cui incumbat onus probandi, quòd animo occidendi fecerit,ibi.nume.44.

Aſsiſtere quis maleficio an pręſumatur caſualiter, an ex propoſito.Carrerius num.55. fol.72. Aſsiſtere autem eſt cum aliis eſſe.glo.uer.aſsiſtere.l.ultima, C.de aduoca.diuer.iudi.

Animo malo perpetratū omne malum præſumitur. Iodocus in prac.crimi.tit. de iniuriis factorum,num.15.

Aduocati pręſumuntur parum conſcientiati. Iaſ. in §. ſed iſta, nu.103 inſtitu. de actio.

Actum utiliter etiam, ſine mandato præſumitur, & eſt perinde ac ſi fuiſſet mandatum. Alciat.in rub.de iudi.num.67.

Actus duo ubi reperiuntur facti præſumitur illum pręceſsiſſe, qui præcedere debuit. Alciat. de uerbo.ob.§.qui præſens,l j.

Ad pręſumptionem tunc eſt recurrendum, cum ueritas ſciri non poteſt, l.nummi. ff.de leg. .3.& l.antiqui. ff. ſi pars hære. petatur.

Agens ex pręſumptione, uel conſuetudine, quę prętenditur cōtra ius commune,licet teneatur deducere actus in articulis ſuper quibus habent teſtes deponere, tamen ſecus eſt in interdicto uti poſsidens. Bella me.deciſ.461.

Acceptatio ex præſentia præſumitur, ſicut in pacto conſenſus. Alciat. in l.1.ff.de uerbor. obl.fol.244.

Artifex pręſumitur uiuere ex artificio.glo.in l.ſi quis argentū, uer.quantum,C.de dona. & artifex commendat opus ſuum in l.j. ff.de in integrum reſtitutio mi.

Abſens præſumitur conſentire, quando cognouit & tacuit, & actus geſtus reſpicit eius commodum. Hierony. de Monte in trac.de finib. cap.72. nu.16.

Animus occidendi præſumitur in ferēte, quando percutit caput,& fit percuſsio eo deteriori modo,quo fieri poteſt, etiā ſi inſtrumentum non ſit aptū ad occidendum.Boſsius de homicidio.nu.38.

Animus occidendi non pręſumitur, etiam ſi percuſsio fiat in capite, niſi fieret circa cerebrū.Boſſ de homic. nu.40.

Animus

Animus occidendi pręsumitur in laruatis, qui baculo, uel sacco lapidibus pleno aliquem percutiant. Bossius de homicid. num.45.

Af finis pręsumitur casu, & culpa occisus. Bossius de homici. nu.48.

Adiuisse non præsumitur possidens res quasdã hereditarias nullius, aut parui precij. Tiraquellus de rebus exiguis, num. 50 licet aliàs sic.

Acta perdita præsumuntur solẽniter facta. Tiraquellus de præscrip. fol.60.

Maiorem pręsumptionem pro anima, quàm pro matre testatoris. Tiraquellus de priuilegiis piæ causę. priuilegio 69.

Actus, qui aliàs pręsumitur prima fronte iniustus, si gestus sit a prouidis uiris & honestis, iustus æstimatur. Tiraquellus de pœnis, cau.51. nu.49.

Aduersarius in lite præsumitur inimicus, nisi ille sit summæ sãctimoniæ. Tiraquel. de pœnis, ca.51.nu.55.

Actus pręsumitur factus eo modo, quo minus gerens damnificatur. Beneuentus in trac. de annua pręstatione. q.23. num. 2. in 1. parte.

Adulterium præsumitur potius commissum causa libidinis, quàm causa iniuriandi. Marsil. consil.2. nume 4.

Præsumitur, quòd episcopus alienauerit bona ecclesiastica inutilia ipsi ecclesię, ut excludatur delictum, quando accusatur. Marsil. d. consi. 2. num. 5. vi de Corse. in trac. de Minimis, num.6. tom.1.

Animus malè faciendi in delictis pręsumitur. Marsil. consi.4. nu. 2. & omne male factum prauè pręsumitur actum, ibi. num.3. quę pręsumptio per aliam tollitur. Abb. in c. sicut, de pręsumptio. nume. 3. & malus animus colligitur ex his, quæ cõgerit Blancus in l. fina. ff. de quæstio. vers. & his adde.

Aggressor, semper pręsumitur cõtra aggressorem. Marsil. consil. 7. num.6. Nam iuris præsumptione criminis auctor interpretatur. Cæpola in consil. 41. num. 3. Cataldinus in cons. inter crimi. per Ziletum 52. nu. 18. in 1. & lex præsumit, quòd quando quis insultum facit in aliquem cum armis, quòd faciat animo occidendi. Paris de Puteo in tract. sindica. §. tu qui uadis in birraria, to. 14. num. 3. fol. 139. colum. 3. circa princip. uide omnino Felyn. in c. sicut, num. 16. de præsumpt. & Ang. in l. lege Cornelia. §. diuus Adrianus. ff. ad l. Corn. de sica. uide fusiss. per Carrerium in prac. cri. §. circa, nume. 140. fol. 96.

Animus occidendi ex genere armorum præsumitur, uel non occiden-

occidendi. Marsil. d. consil. 7. num. 4.

Arma portantes præsumuntur habere malum animum. Marsil. in consi. 21. nu. 16.

Aggressus semper præsumitur repercutere ad defensionem. Marsil. consi. 25. numero 54. & præsumitur de bello & rixa cogitare. Blan. in prac. nume. 73. car. 50.

Aggressor præsumitur fuisse ille, qui mortuus est in rixa, quando concurrunt coniecturæ uerisimiles. Marsil. consil. 41. nu. 13. Item & iuuenis. Gramma. consi. 29. nu. 18. item robustior. Grammatic. uoto 22. num. 14. item ex uerbis prolatis. Blan. in prac. crimin. fol. 149. nu. 25.

Animus præsumitur ex consuetudine. Marsil. consi. 51. nu. 47.

Affinis non præsumitur, quòd uelit decipere & fraudare affinē suum. Marsil. in consi. 62. nu. 9.

Animus occidendi non præsumitur, si quis percutit cum pomo ensis. Marsil. in cons. 67. nu. 17.

Quando præsumptio est pro allegante aliquid, ipse illud allegans releuatur ab onere probandi. Marsi. sing. 451.

Agnitæ hereditatis quando cessat præsumptio, & quando incipiatur. Ang. consil. 317. nu. 2.

Aditio hereditatis maternæ, an præsumatur facta per filiam per taciturnitatē patre possidente. Angel. consil. 318. num. 3. & quando præsumatur aditio. Alexan. in l. pro herede. §. Papinianus, num. 1. ff. de acq. hæredita.

Animus talis præsumitur, qualia uerba, aut facta sunt. Romanus consi. 96. num. 4. ubi circa iniuriam illatam consuluit, ꝙ no. pro D. Ioan. Bapt. scholare Ferrariēsi, qui scire cupiebat, an mentita data per scholarē alio in ludo scachorum, ex eo, quòd alter sibi dixerat, tu es filius presbyteri, & uerū erat, sed natus fuit antequā pater esset presbyter ualeret, necne? Et respond. quòd sic, quādo non fuisset data in ludo. Nam ut audiui a lusoribus famosis illius ludi, licet quodam modo turpibus uerbis & conuitiis socium afficere. vide Ripam in cap. inter ecclesias, de rescrip. ubi non tenet quia. est filius sacerdotis ergo spurius & illegitimus. vide in terminis spurij. Emil. Ferrettū in consi. 19. num. 5.

Aditio non præsumitur ex actu dubio, ex quo aditio & nō aditio resultare potest. Roman. consil. 153. nume. 2. ex longo tempore præsumitur aditio. Cepha. consi. 98. num. 27.

Acceptata res præsumitur ex causa magis utili. Crauetta consi. 24. num. 13. in 1.

Actus sequens factus, præsumptio est, quòd fit secundū causam

sam præcedentem. Crauetta in consi.91.num.9. in 1.

Actus in dubio præsumitur factus ob causam necessariam potius quàm uoluntariam. Crauet.consi.106. nu.8.

Præsumptio est, quòd quis acquisierit de pecuniis propriis, & qualiter procedat. vide ibi. Crauetta in consi. 191.num.8. in 1. volum.

Acquisiuisse tutor non præsumitur de bonis pupilli. Aret.cõsi. 31.num.5. fallit ut per Ripam de don.consi.4.nu.2.& 3.

Actum nullum nemo præsumitur uelle facere. Gratus respon. 47.num.15.in 1.lib.uel frustratorium, aut superfluis uti remediis. Zas.consi.14. num.28. in primo.

Actus præsumitur in dubio factus eo modo, quo communiter fieri solet. Gratus respon. 59.num.22. & secundum qualitatẽ personæ, ibi.nu. 21. in 1.

Alienaturus nemo præsumitur. Gratus respon. 28.num.11.in secundo.

Acquirere in futurum quis præsumitur. Gratus respon. 111. num.14 in 2.

Aditio non præsumitur, nisi probetur. Gratus respon.146. nu. 9.in 2.

Armatus cum cultella ad latus, præsumitur habere malum animum. Rimin.consi.14.num.10. rixandi.5.

Actus præsumitur factus ab eo, cuius commodum ad eum spectabat. Riminald. consilio 21. num.14.

Auxiliari præsumitur armatus, nisi longe distaret ab occisione. Riminald.cons.45.nu.12.in 1.uolum.

Acquisitio in dubio præsumitur facta nomine, & pecunia propria, Rimin.in consi.130.num. 2.in 1.

Acquisiuisse an quis præsumatur de se, uel de bonis alterius. Riminin.consi.300.num.95.in secundo.

Acquisiuisse tutor præsumitur ex bonis suis. Riminal.consi.300. num.96. in secundo.

Animus præsumitur ex eo, quod quis postea facit. Rimin.consi. 561.num.16. in 3.

Appellatio est magis fauorabilis, quàm sententia, & pro ea magis præsumitur. Ferrettus consi. 51.num.23.

Appellatio præsumitur interposita infra x. dies, a die scientiæ, quando est lata sententia contra absentem non citatum, nisi aliter de scientia probetur. Ferrettus consi.93.nume. 5. in 1.uolum.

Adulterium non præsumitur, & hæc quidem est præsumptio iuris, & de iure, quę nõ recipit probationem in contrarium. Alciat.consi. 13. lib.6. nume.2. etiam si parentes contradice-

rent & confiterentur natū ex adulterio, & maxime procederet, quando matris confeſsio non eſſet facta principaliter ad finem nocendi filio, ſed ad alium finem. ex quo confeſsio ad unum finem non nocet ad alium, ibi. vide omnino.

Actus præſumitur potius factus in furore, quàm interuallo dilucido. Alciat. conſi. 139. num. 8 lib. 9.

Actum aliquem faciens, præſumitur ſe ſubiicere ſtatuto de illo actu agenti. Boerius conſil. 10. num. 16.

Actus factus in dubio præſumitur factus ab illo, qui erat obligatus, & nomine eius, & de eius mandato. Alba conſil. 11. num. 5.

Animus deliberatus ad homicidium in dubio non præſumitur, exceptis duobus caſibus, latronum, & eorum, qui agros depopulantur. Alba in conſil. 46. num. 2. & animus deliberatus occidendi nō præſumitur, quando quis prius nihil ex domo amouerat de bonis ſuis, & rebus. Alba in conſi. 46. nu. 9.

Actus quilibet in dubio præſumitur uerus, & non ſimulatus. Alba in conſi. 47. nu. 23. & nu. 27.

Actus præſumitur quandoque factus breui manu. Alba in conſi. 97. nu. 56.

Actus in dubio præſumitur potius proprio, qu m aduentitio iure fieri. Zaſ. conſil. 4. nu. 14. in 1.

Animus malus non præſumitur in actu indifferenti. Zaſ. in cōſi. 2. num. 21. in 2. volum.

Alienare quis non præſumitur, niſi ius quod habet. Brunus conſi. 23. num. 4.

Agnatum præſumimus in gradu ſuccedendi, licet non probet ſe proximiorem. Neuizan. in conſi. 33. num. 1.

Aduocatos omnes præueniens accipere, præſumitur habere malum ius. Neuiza. conſil. 37. num. 33.

Abſentia neceſſaria præſumitur, & hæc communis. Curt. iun. in l. j. ff. de offic. eius, num. 69. Villabobos communi opin. 41. uerſi. Delegatus.

Actus quilibet præſumitur ſpontaneus, niſi coactio probetur. Neuizan. in conſi. 46. num. 32. & 36.

Animus cognoſcitur ex qualitate actuum, ubi ex facto præſumitur animus. Neuizan. conſi. 50. nu. 52.

Animus nocendi, & offendendi in dubio ſemper præſumitur in delictis. Cępola in conſi. 29. num. 4.

Animum occidendi præſumitur habere percutiens in capite. Grammat. conſi. 29. nu. 20.

Animus occidendi non præſumitur, ubi percuſsio fit in loco, in quo uerisimiliter percuſsio facta

facta non facit periculum. Grammat. consi. 29. nu. 21.

Animo nocendi delicta præsumũtur principaliter perpetrata. uoto 2. nu. 5.

Amicitiæ reconciliatio præsumitur ex conuersatione & colloquio subsequutis. Grammati. uoto 34 nu. 1.

Alimenta præstasse præsumitur preterito tempore, qui probat ea prestasse per triennium cõtinuum. Machellus patrocinio 29. num. 2.

Affectio maior præsumitur haberi ad uiuos, quã ad mortuos. Guid. Papa consil 27. num. 5.

Agere in iudicio quis presumitur super eo tantum, quod sibi cõpetit. Guido Papa in consi. 82. num. 5.

Adulterium, ut probetur sufficit, ut testes testificentur super his, quæ uiolentam inducunt presumptionem, & præsumptio adulterij oritur ex conuersatione, & solitudine simul uagandi, ex loco, nuditate, etate, ex eodem lecto tempore nocturno, ex auditu testiũ distantium tenui pariete, quã do inuicem commiscent, etiã ex prolatione osculorum, & amplexus, quæ omnia simul iũcta probant adulterium. Iosephus Fontanellus inter consilia crimin. diuersorum, consil. 97. num. 31. & seq.

Auarus quilibet præsumitur, & maxime mulier. Bombinus in consi. 12. nu. 64. quòd probat

Agere, presumitur contra eum, q differt agere, donec probatio rei deficiat. Mol. in consil. 28. num. 27.

Appellatum in dubio presumitur fuisse infra x. dies a die notitiæ sententiæ, nisi contrariũ probetur. Crottus in consil. 7. num. 14.

Amicum offendere quis dolo malo non presumitur, maximè & patronum. Martin. Lauden. in consi. 58. ad fin.

Absens presumitur scire, etiam id, de quo est publica fama. Barto. in l. is potest, in 6. col. super uer. Nunc uideamus qualiter. ff. de acquir. hæred.

Absentia an presumatur. Firma. in reperto.

Absolutio nunquam presumitur commissa ad cautelam, nisi exprimatur. glo. in c. capitulum, uer. relaxetis, de rescript. quã extollit Panor. ibi. ad fi. & in c. Apostolicæ, in fi. de except.

Actor presumitur uoluisse intentare actionem, quæ resultabit ex probationibus faciendis. Alex. in §. Crhysogonus, 7. col. ff. de uerb. oblig.

Actor an præsumatur cõstitutus causa cognita. Bald. in l. si preses, in j. q. C. quomodo & quando Iudex, quòd sic.

Aditio præsumitur ex eo, quòd tutor in inuentario dicit sic.

Item res de hęreditate Titij. Bar. in l. gerit, penul. col. uersi. iuxta quæro. ff. de acquir. hęre. Item ex uerbis narratiuis Titius hęres Seij constituit procuratorē &c. Bart. in d. l. gerit 2. colum. item aditio ex non facto præsumitur. puta si debitor institutus intra tempus non soluit, quia pręsumitur adire. Firma. uersi. aditio, ubi fusius. item aditio pręsumitur, si minor cum consensu curatoris agit contra debitores hęreditarios. Paul. de Cast. consil. 212. in antiquis item aditio p̄sumitur per actum factū a patre sciente & patiente filio, si actus est talis, q̄ arguat aditionem. Bart. in l. qui in alien. §. 1. uersi. quęro quid si appareat, ff. de acquirend. heredit. item aditio in suis pręsumitur, nec est probanda, sed in extraneis sic. Firma. in uer. isto.

Administrator reipublicæ pręsumitur ditatus ex pecuniis publicis, & ex officio suo quęsiuisse, quod pòst officium reperitur habere. Bal. in l. cum oportet, in prin. in 4. col. uersi. quæro quid in administratore, C. de bonis, quę liber. & no. in l. facultas, C. de iure fisci lib. 10. Firma. uersic. administrato. & ibi remissiuè.

Administrator semper præsumitur facere animo administrandi, non animo donandi. Firma. uersicu. isto.

Alienatio facta post litem motam præsumitur malo animo, & in fraudem facta, uel dolo. Firma. hoc uerbo, item quando alienans postea possidet p suo, idest fructus percipit, & nemini respōdet. Firma. ibid. pag. 36. col. 1. & per Speculat. de dona. uer. item pone.

Alimenta pręsumuntur pręstita uxori ab hæredibus uiri cum quibus commorata est, nisi probet, quòd habuit ab alio. Alexand. consi. 3. parte tertia, per l. fin. C. ubi pupillus educa. debeat.

Alimenta in dubio pręsumuntur præstita pupillo a tutore, nisi pupillus probet aliunde habuisse, l. fin. C. de alimen. pupillo pręstandis. item præsumuntur pręstita de bonis eius, cuius negocia gesta sunt a negociorum gestore non de bonis eius. Firma. uer. alimenta, pag. 37. columna secunda, ad fin. ubi fusius.

Amicitia præsumitur inter omnes, non autem inimicitia. l. si quis testibus, & ibi Abb. in vltima colum. uer. no. quòd ille. C. de testibus. Quod est uerum in genere, non in specie, quia tunc amicitia non præsumitur, sed debet specificari secundum Bal ibi.

Amicitia inducit pręsumptionē, quòd quis non habuerit animum

mum occidendi. Cępol.in con si.11.col.2.in fi.

Amicus præsumitur is, qui eligitur ad aliquod officium. l.amicissimos, in prin. & ibi Barto. ff.de excusa.tuto.

Animal uenditum, si moriatur intra triduum post uenditionē moritur periculo uenditoris, qui debet precium restituere, & non periculo temporis. quia præsumitur mortuem ex ægritudine ueteri, non noua. & debet discoriari & intus inspici, & ex celeritate mortis præsumitur uitium præcessisse. Nisi uenditor probet contrarium: idest, quòd intra triduum post uenditionem cōmedit herbas uenenosas, in quo stabitur dicto peritorum artis. vide omnino. Firma in ver. Animal pagi.41.col.2.

Animus furandi non præsumitur in tutore, nisi in redditione rationis aliquid supprimere deprehendatur. Firma ver. Animus, pag.41.col.1.

Animus præsumitur ex consuetudine. Bal.l.Macedoniani, in fi. C.ad Macedo.

Animus recedendi de loco non præsumitur in eo, qui habet officinam, uel tabernam in loco aliàs sic. Bar.in l.hæres absens §.proinde, col.1.ff. de iudi.

Aīus donandi nō p̄sumit̄ in administratore promittente, uel expēdente, sed animus repetendi sic. Firma in uer. animus.

Animus percutientis pręsumitur ex qualitate instrumenti, quo percurit. Firma. uersic. animus p.41.col.2.

Animus ex reuersione præsumitur. Firma ibi.

Animus donandi præsumitur in adhibente coniunctam personam ad stipulandum. Firma. ibidem.

Animus donandi sumptus alicui factos præsumitur ex qualitate sumptuum. Firma ibi.

Animus nocendi non præsumitur. Firma. ibi. & de isto bono animo esse probandum dicit Bald. consi.8.nu. 2.in j. vol.

Animus depredandi in reddente rationem, quomodo præsumatur? Firma. ibi.

Antiquitas facit omnia præsumi solenniter acta. Nisi ex inspectione scripturæ defectus appareat. Firma. uersic. Antiquitas.

Antiquitas præsumitur sapientior. 26.q.4. sciēdum. Specula, de aduoca. §. nunc tractemus. uersicu. Habito 84. distinctio. porrò.

Anuli subarratione præsumitur matrimonium cōtractum. gl. in c.fi.de spon. impub. & Dec. consi. 163.col.2.

Appellās pręsumitur habere malam causam. Bal.in addi. Specu.de appel.7.colum.uersi.qui appellat.

Appel-

leget.Alcia.consi.7.nume.2.in 2.lib.

Adulteriũ in dubio præsumitur. Alcia.consi.51.nu.1.in 5. alleg. 35.q.5.c.aliter. Quod non procedit secundum ipsum si concubinatus presumeretur.

Attentata non reuocantur, quando consumptio est contra appellantem. Alciat. consilio 3. libro 6.

Affectionem maritalem lex præsumit faciliter in commercio mulieris liberæ. Alcia.cons.52. nu.3.lib.vlt.

Affectionis paritas erga pares in gradu. Alciatus consi. 62.nu 4.lib.ult.

Amoris non minus est præsumptio in nepte, quàm in filia. Alciat.consi.78.num.7.lib.vlt.

Actus presumitur potius factus in furore, quàm in interuallo lucido. Alcia.consi.139.num.8. lib.ult.

Acquisiuisse dolo quis non præsumitur. Portius consi.60.

Agere omnia sapienter, & rectè presumuntur insigniti industria singulari semper in dubio. Angel.in l.j.ff.de offic.pre. pretorio, col.2.

Amicus esse non præsumitur, qui enormiter lædit in arbitrãdo. Cepola in consi.34.nu.5.

Alienasse præsumitur hæres res alienatas pro soluendis debitis, uel usuris, uel incertis, vel malè ablatis, uel pro aliis legatis, quæ non debent sibi imputari in legitimã & trebellianicam. Et præsumitur hæres in istis causis alienasse, si creditores, uel legatarii litem diutius non mouerunt, quia præsumptio est, quòd mouissent, si eis satisfactum non habuissent, quia non præsumitur quis uelle iactare suum. non est ista præsumptio omnino concludens, sed uerisimilis, si aliud non appareat simile. Bal.cons. 219.nu.4.in secundo.

Aditio presumitur solenniter facta. Bal.in consil.403. nume.4. in 3.

Allodialia bona & libera omnia bona præsumuntur. Cast.cõsi. 179.in 1.nu.1.Alex.consi. 139. nu.1.in j.

Absens habet præsumptam causam ignorandi testamentum. Alexand.consil.20. nume. 18. in primo.

Actum quid sit inter contrahentes, ex qualitate rei præsumitur. unde si uendo tibi librum pro decem florenis, hoc discernetur ex qualitate ualoris libri. Alex.in consi.26.nu.6. & 7. & ibi etiam alia exempla tradit, in 4.vol.

Acquirẽs aliquid presumitur acquirere de propria pecunia, non de cõmuni, nisi aliud appareat. Alexand.in consi.134. numero secundo, in quinto uolumine, etiam si negocia alterius

terius administraret. Anch. in consi.31.nu.2.

Alimenta vxori præstita à uiro præsumuntur pietatis causa. quãdo fuisset infirma. nec secus, vide tamen Alexandrum in consil.30.nu.10.in 6. colum. ubi declarat, quando hoc sit uerum.

Allodij iure potius, quòd aliquis habeat terram quàm iure feudi. Alexan.consi.87.nume.8.in 6.volum.

Alienatio facta ex titulo lucratiuo semper præsumitur ex cã uoluntaria. Alex.in consi.168. in 6.vol.

Acquire quilibet præsumitur in futurum. Alex.consi.212.n.28. in sexto.

Actum quid sit à cõtrahentibus ex qualitate rei præsumitur. Alex.in 6.n.5.

Actus præsumitur celebratus secundum, quòd consuetum est fieri.nu.4.in 7.vol.

Acquisita per episcopum an præsumãtur acquisita de bonis ecclesiæ. Alex.in consi.116.nu.4. in 7.

Acquisita per filium an præsumãtur acquisita ex bonis paternis. Alexan.in consi.133.nu.5. in 7.vol.

Alienatio facta per emphyteutã ex diuturnitate temporis præsumitur facta de consensu domini. Deci.consi.409.nu.11.

Acquirere quis nomine proprio præsumitur. Dec.in consi.651. nume.3.

Animus per præsumptionem & coniecturas declaratur. Soci. consi.28.nu.14.in j.uol.in Reperto.tract.uerbo animus.

Actus celebratus à prouidis & honestis personis præsumitur iustus. Soci.in consi. 164. nu.4. in secundo.

Actus præsumitur iustus & legitimè gestus. Soc.consi.268.nu.3. in secundo.

Aditio hæreditatis præsumitur ex possessione præcedente titulo delationis hæreditatis. Corn.consi 37.litera Q.& consilio 147. litera F. volumine primo.

Aditio hæreditatis non præsumitur ex solutione facta creditori hæreditario, quia potest qs pro alio soluere, & sic citra ius & nomen hæredis. Corne. cõs. 100.per totum.

Actũ facere incassum nemo præsumitur. Corneus in consi.137 litera L.in 4.vol.

Actus uicinitas facit præsumerẽ ita gestum. Corneus in consil. 283.litera B.in 4.

Aditio hereditatis præsumitur facta ab illo, qui relinquit alterã partem hæreditatis sibi delatæ, uel qui constituit procuratorem ad donandum. Corne. consil.79. litera M, & seq. in 4. & per quos actus presumatur aditio hæreditatis ponit plenissimè

nisſimè Iaſ.in conſi.112.nu. 2. in 4.vol.vide omnino.

Acta omnia præſumuntur ſolemniter facta ex antiquitate temporis,& omnia neceſſaria interueniſſe.Calcan conſilio 16. num.1.

Acquiſita per filium præſumuntur acquiſita de bonis paternis,niſi aliter appareat. Calcaneus conſi.20.nu.1.

Allodialis præſumitur omnis res libera magis quàm feudalis, & emphyteutica. uel alia ſeruitute affecta.Calcan. conſil.50. nume.2.

Abſentia ante ſolutionem præſumitur etiam tempore ſolutionis,maxime,vt quis à periurio excuſetur.Gozadi.in conſi.66. nume.6.

Actus debet interpretari, vt valeat, quæ præſumptio eſt aliis fortior.Gozadinus in conſ. 82. nume.6.

Alienationis prohibitio bonorũ extra familiam dicitur viciſſim fideicommiſſum inducere cum præſumatur facta vni cõtẽplatione alterius. Cur. Sen. conſi.45.nu.8.

Actus non præſumitur in dubio meticuloſus præcipuè ſi corã iudice fuerit factus. Curt. Iun. in conſi.165.nu.4.in 2.

Actus vitioſus præſumitur doloſè factus.Anchara.conſil. 173. nume.6.

Animus,de quo ſemel cõſtat per durare præſumitur. Anchar.in conſi 368.n.4.

Animus nocendi non præſumitur,quando datur opera rei licitæ.Rui.in conſi.74.in j. volu. nume.16.

Abſens & ignorans non præſumitur conſentire.maximè, ſi ad hoc non cogebatur.Rui.in cõſi.92 nu.9.in j.

Præſumptio ſemper eſt capienda,quòd actus ſit factus modo licito,uel cum maiori delicto. Rui.in conſi 1.in 5.no. 3.

Actus in dubio pſumitur factus loco & tempore licitis. Rui.cõſi.16.nu.3.

Actus,vbi agitur de actu pro quo præſumitur ſi reperiatur factus,quando non pręſumantur omnia ſolenniter acta. Rui.cõſil.28.nu.20.in 4.

Actus non præſumitur pro validitate actus,etiam ex diuturnitate temporis, in quo pro ſolennitate requiritur ſcriptura.Ruin.conſil. 49. nume. 9.in 4.volum.

Acquirere præſumitur ex bonis Eccleſiæ Epiſcopus, qui non habet patrimonium Rui.in cõ conſi.156.nu.1.in 4.

Aduocatus præſumitur dicta teſtium, de quibus notitiam habuit,retuliſſe parti.Rui.in conſi.164.nu 5.in 4.

Adita hæreditas non præſumitur per curſum ſex menſium. Pariſius conſi.50.nu.68.in j. vol.

Aquam occupare non est præsumendum quem in damnum & iniuriam vicinorum. Parisius consi.112.nu.10.in j.vol.

Actus non præsumitur fieri frustratorie. Parisius in cons.115. nu.37.in 4.vol.

Appellatio in dubio non præsumitur deserta. Parisius in cõs. 115 nu.1.in i.

In dubio præsumendum est, dispositionem fieri in actu, quo valet, & non eo, quo redditur inualida, & nulla. Parisius consi.21.nu.52.in 3.vol. & ista præsumptio validitatis actus, superat omnes alias præsumptiones. Parisius in consi.88.nu.51. in 3.vol.

Actus unus præsumitur factus cõtemplatione alterius, quando eadem hora, momento, & incõtinenti omnia fuere gesta. Parisius in consi.97.num.24.in 3. volum.

Actus factus à Principe præsumitur factus de plenitudine potestatis, quando aliter non potest ualere. Parisius consil.68. nu.223.in 4.

Actus in dubio præsumitur factus, vt valeat. Parisius ibidem nu.224.

Absentia non præsumitur iusta neque excusat. Parisius consilio 99. numero 13. & 14. in 4. volum.

Auxilium maleficio dedisse non dicitur, qui fuit præsens tantũ armatus. uide omnino Parisium in consi.164.nu.12.in 4. volum.

Anihilare nemo præsumitur uelle se ipsum, & statum suum. Soci.Iunior in consil.77.nu.39.in j.volum.

Actus præsumi debet celebratus secundum modicum permissum, & licitum, vbicunque duplici modo interpretari potest, ut sinistra suspicio euitetur. Crottus in consi.41. nu.15.

Animi consilium non habere prę sumitur quilibet laborans in extremis. Inter consi. vlti.volũn.consilio 149.num.55. vide omnino.

Actus præsumitur factus, ut ius disponit. Cephal.consil.25.nu. 24.in j.

Animus malus non præsumitur, quia est facti. Cephal. consi.76. nu. 18. in j. volu. Immo bonus præsumitur ex qualitate bona & econtra, ibidem num.32.& animus nõ sufficit, vbi est opus facto. in Reperto. tracta. verbo animus non sufficit.

Actus prçsumitur gestus iuxta conuentionem prçcedentem. Cepha. consi.77 num 43.

Adultus & adolescens præsumitur potius errare simplicitate quàm malitia. Cepha. in consi. 164.nu.10.

Actus in dubio præsumitur ualidus. Ceph. in consi.170.nu. 51. in secundo.

Auus

Auus præsumitur alere neptem animo donandi. Cepha. consil. 280. numero 46. licet donatio non præsumatur. vt ibi. consi. ipso in 2. vol.

Animæ immemor non præsumitur. Imola consi. 27. nu. 24. vide licet Portius Imolensis.

Actus qui præsumitur iniustus, si fiat à prouido & honesto viro non præsumitur iniustus. Selua in tract. de beneficio q. 23. nu. 42. parte 2.

Alienans simpliciter præsumitur in dubio iure proprio alienare. Fab. de Monte in tracta. de emptio. & uendi. in 6. q. principali nu. 8.

Animus donandi p̃sumitur, quã do mulier est ita pauper, ꝙ nõ est spes in solutione dotis con fessatæ. Campegius in trac. de dote 56. q. Tomo 10.

Appellare præsumitur, qui ad superiorem iter aggreditur. Girlandus de relaxa. carcera. §. quæro primo nu. 12. Tomo 15.

Armás se pręsumitur de bello cogitare. Blancus de indi. numero 137.

Animus malus pręsumitur ex eo quòd quis donauit, aut uendidit bona sua ante delictũ. Itẽ qui ea asportauit. Blancus in l. fi. ff. de quęstionibus, nu. 87. & 88. Tomo 15.

Arbitrium præsumitur ritè latũ Caballinus Milleloquio 883. in 2. par.

Arbitrator quando pręsumatur compromissum extra iudiciũ factum ipso presente acceptasse Lanfranc. in tracta. de arbitris, in prin. n. 18. To. 18. ubi dicit, ꝙ si compromissum fiat apud acta præsente illo, qui datur arbiter, uel arbitrator, dato, quòd in instrumento nõ dicatur compromissum factũ in talem præsentem & acceptantem. Tamen eo ipso, ꝙ est pręsens apud acta præsumitur acceptasse, & ex illa die currit tempus, licet adhuc nullus fuerit datus, uel porrectus libellus. Eodem modo pręsumitur acceptasse, si compromissum est factum extra iudicium pręsente tamen ipso arbitro, uel arbitratore, si ipse arbiter, uel arbitrator est coniuncta persona, uel magna amicitia coniunctus, aliter non p̃sumitur acceptasse.

Animus pręsumendus est, qualis ex ꝓtestatione colligitur. Asinius in l. scriptus hęres. §. Nec quis putet, num. 50. ff. de religiosis & sumptibus funerum.

Agnati pręsumuntur pręferri extraneis. Capicius decisio. 191. nume. 2.

Alienatio ex secundo decreto esse iniustè, uel iustè factam, probat ille, contra quem est pręsumptio. Bartol. in l. qui iudicium. ff. de curatore bonis dãdo nu. 1.

Arbor præsumitur mittere radices per vigintiquinque pedes. Bartol.in l.1. C. de aqueductibus,lib.11.

Annulus si datur in manu præsumitur donato. Abb.in ca. tuæ nobis nume.7.de desponsa. impub.ubi dicit in hoc etiam seruandam consuetudinem loci.

Accusator non repellitur tanquã inhabilis ab accusato, quia ipsum in familiaritate approbauit, licet pauloante accusam ipsum expulerit, quia præsumitur fecisse in fraudem. Abb. in c.nulli nu.2.de accusatio.

Archiepiscopi præsumuntur scire uacationes beneficiorum quæ sunt in prouincia, ex eo, quia debent tenere in prouincia personas, quæ sibi hoc referant.Abb.in c.sicut olim.nu.2.de accusa.

Abortiuum præsumitur in dubio fuisse cũ anima potius q̃ sine. Abb.in c.sicut nu.7.dehomici.

Actus,qui potest esse iustus & iniustus, si fuerit gestus à uiris circunspectis præsumitur iustus, idest in casu iusto gestus. Abb.in cap.nisi,nu.3. depræb.

Actus gestus ab habente duplicem potestatem præsumitur gestus in dubio ea potestate, qua actus sustinetur. Abb. in c.nisi,num.4.de præbendis.

An præsumatur pro actis extraiudicialiter gestis, uel per uiã iurisdictionis.Abb.in cap j.de clericis peregrinis,num.6.

Actus si est gestus absente domino, & ex post facto superueniat scientia domini,an præsumatur ratum habere. Abb. in ca. non ne,nume.4.de præsumpt.

Allegans ignorantiã contra præsumptionem scientiæ ob uicinitatem, an admittatur. Abb. in c.quosdam, de præsumpt.

Amicus quilibet præsumitur.Sal. in l.si quis testibus, num.2. C. de testibus.

Acquisita an quis præsumatur per eum ex rebus alienis,propriis,uel suo labore.ponit Salicet. in l.cum oportet, C. de bonis quæ liber. uide omnino.

Animus donandi in quibus præsumatur Castr.in l.sed si cũ. ff. ad Velle.

Acta oĩa p̃sumantur legitimè, si aliqua dicta est uxor. Cas. in l. cum fuerit,nu.2. ff.de cond.& demonstr.

Actus consecutiuus ad causam præcedentem ex diutina possessione bene præsumitur.Ias. in l.qui in aliena,num.46.ff.de acquiren.hæreditate.

Actus nullitas in dubio potius p̃sumitur quàm grauamen de alio iure redimendo. Ias. in l. quoties in stipulationib.num. 3.ff.de uerb.oblig.

Allegatio præsumptionis non requiritur, quando proceditur summariè & de plano. Dec.in l.cum quid, n.25. ff. si cer.pet.

Animus præsumitur fuisse talis a principio, qualis fuit exitus Angel.in l.item si filius.§.proinde,num.1.ff.ad Macedon.

Anniculus præsumitur uiuere per 30.annos.Alexand. in l.hæreditatum,num.3. ff ad l. falc.ubi quanto tempore quis præsumatur uiuere,num.3.

Appellatio non præsumitur in scriptis facta,etiam si notarius dicat,nisi appareat, Ang. in l. sciendum, nume.30. ff. de appella.recipien.

Arbiter,præsumitur in dubio pro eo,qui arbitratus est,cuius arbitrio statutum aliquid committit. Alexand. in consil. 70. col.2.num 5.in 2. vol.

Alienans meliora præsumitur facere in fraudem. Ang. in auth. sed iam necesse, nume.8. C.de dona.ante nup.

Alienans siue distrahens bona sua, deinde paulopost committit maleficiũ, pręsumitur fecisse in fraudem fisci.Angel. in d.auth. sed iam nesse, num. 9.C.de dona.ante nupt.

Animus diuidendi non præsumitur. Mod. in suo diuidui & indiuidui.part.2. num.399.400. & 403.

Actus præsumitur requirens impensam factus de mandato eius, cuius interest, & hac ratione præsumitur pro mandato eius, qui soluit pensionem illi,qui erat in quasi possessione percipiendi, etiam si nullo modo constet de mandato illius,qui dicitur pensionem debere. Cassiodorus decisio. 3. num.4.de procuratorib.

Absolutus semel præsumitur iustè absolutus. Beluisius in pra cti.tit.de iniuriis, num.34. super uersi.quòd dicimus, fol.5.

Aggressor præsumitur ex uerbis prolatis. Blancus in prac. cri. fol.149.num.25.

Animus probatur pręsumptione uerbi,uel facti. Blanc.in pract. crim.num.69.fol.37.

Actus licet præsumatur præcessisse,qui est prior in ordine, tamen si actus posterior redderetur nullus, ad hoc ut ualeat pręsumitur actus posterior præcessisse.Dec.in l.in contrahenda,num.8.ff.de reg. iur.

Antiquitas,præsumptio,quæ oritur ex antiquitate temporis recipit probationes in contrarium.Crauetta de antiquitate temporis, parte 3.nu. 15. ubi etiam dicit, quòd in antiquis sufficiunt leuiores probationes per iuris præsumptiones, licet requirat lex plenam probationem.ibi.parte 1.nu.323. & antiquum quid dicatur, ut præsumatur solẽnitas extrinseca in sententia, aut actis iudicialibus, parte 2.nume.1. & num.2.& quid in actis extraiudicialibus, parte 3. numero 1. & illa præsumptio, quæ

oritur

oritur ex antiquitate temporis, tollitur per aliam pręsumptionem, & antiqua sententia habet iuris præsumptionē pro se, parte 2. num. 23. & parte 3. num. 16. antiquum tempus, quod dicatur, ut præsumatur notariatus, parte 3. nume. 20. antiquum tempus, quod dicatur, ut præsumatur citatio in exemplatione instrumēti, parte 3. num. 22. antiquitas temporis, an suppleat plures defectus, aut unum tantum, puta si in exemplatione instrumenti plures solemnitates deficiaut, an omnes præsumantur interuenisse, propter antiquitatem temporis, parte 3. num. 25. Item antiquitas, precium præsumitur uersum in utilitatem ecclesię propter antiquitatem temporis. Et facit antiquitas temporis pręsumi confirmationem Papæ: item antiquitas temporis facit pręsumi consensum episcopi necessarium in reseruatione census facta patrono, par. 3. num. 30. & antiquitas temporis inducit præsumptionem consensus domini in alienatione feudi, uel emphyteusis, par. 3. nu. 33. item operatur antiquitas tēporis, quòd bonorum possessio præsumitur petita intra legitimum tempus, par. 3. nu. 38. uersi. decimosexto.

Alternatio præsumitur in dubio fieri inter æqualia, uel parum distantia. Neuizan. in sylua nuptiali. lib. 1. num. 225.

Actus præsumptiuus potius, quā tacitus per coniecturas inducitur. Cæpola de simula. contractus, num. 550. fol. 550.

Amicus præsumitur patrocinari pro amico gratis. Tiraquellus de pœnis, causa 22. n. 78. Nam uerū est semper, quòd ubi pecunia interuenit, nihil officij, neque amicitiæ nomine posse prestari, ut in terminis dicit lex 1. in fi. ff. mandati, contraria inquit ibi Iurisconsultus, porrò est officio merces. uide Alexand. in l. iurisgentium. §. j. in prin. ff. de pactis, ubi dicit, quòd turpiter accipit amicus, qui aliqd recipit pro eo, quod gratis facere tenebatur, vide Corsum indaga. iur. lib. 2. cap. 5. in aduocatorum auaritiam anno.

Animus non pręsumitur, nisi probetur. Benintendius decisione 70. num. 16.

Accusatio episcoporum semper pręsumitur, quòd fiat ex odio, glo. in c. diaconi 93. distinctio. in fine.

Amicorum pręsentia excludit fraudis pręsumptionem, & metum. Tiraquell. de penis, causa 22. num. 50. & 52.

Animo mediandi & separandi rixantes non animo offendendi quis fuisse in rixa pręsumitur. consi.

Papa, de pręsumpt. num. 28. & decis. 437. Non pręsumitur tamen in dubio, quòd commodans arma & his similia, commodauerit eo animo, ut delicto opem ferret, nec præsumitur, quòd quis scienter associatus sit delinquentem ad delinquendum, sed pręsumitur casu, & fortuito affuisse. Menoch. de arbitrio iudicis, casu 349. num. 6.

Si sit dubium ex uerbis instrumẽti, an partes se compromiserint in aliquem taquuam arbitrum uel arbitratorem, præsumi debet, quòd tanquam in arbitratorem. no. Bal. in l. feudũ, in tit. de lege Corradi. §. inter pares 3. col.

Aditio hęreditatis, an potius pręsumatur quàm repudiatio, uel econtra. uide Bar. in l. gerit, ff. de acquirend. hered. & Bald. in l. cum antiquioribus, C. de iure delib. & plenius in l. si certis annis, C. de pactis.

Alienans omnia bona sua pręsumitur in fraudem creditorũ facere l. omnem § Lucius. ff. q̃ in frau. Bar. l. post contractum circa princ. uersi. ut plenè habeas. ff. de dona. & de illo, qui alienat in fraudem delicti. uide Ioan. Fab. instit. de actio. §. Item si quis in fraudem. ibid. quærunt Doctores.

Appellatum pręsumitur intra x. dies, si fuerit appellatum non in scriptis, nisi constet de sententia, ut dicit Ioan. Andr in nouella in capit. Romana, de appellat.

Absens per longum tempus præsumitur ab initio habuisse animum non possidendi, ut dicit Henricus Boich in c querelã, de electio.

Appellare non licet secundo ab eodem grauamine; etiam intra x. dies, & si cõtrarium fiat, præsumitur renunciatum primæ appellationi & grauamini, secundum Innocen. in cap. solicitudine, de sententia & rei iudica. ideo cauti aduocati, quando uolunt reformare eorum appellationes, subiungunt. Non desistendo a prima appellatione, quæ protestatio in hoc operatur, ut per Guid. Pap. de præsump. num. 57. & in eius trac. de appella.

Affinitatis ratione præsumitur inter affines donatio. Barb. cõsil. 16. in 1. Calc. consi. 6.

Allegata præsumptione præsumitur titulus allegatus & bona fides, etia si non dicatur. Gui. Papa de præsumpt. nu. 65.

Appellationi in dubio potius statur quàm sententiæ, quia præsumitur, quòd propter grauamen appellauerit. ita dicit Archid. post Gofred. in c. si a iudice, de appellatio. in 6.

Alienata in utilitatem ecclesiæ an præsumantur. si in instrumento

mento seditionis ita dicatur. uide plenè per Guid. Pap. in decis. parla. q. 151.

Per uerisimilem præsumptionē potest Princeps, uel Præfectus prætorio aliquem releuare a desertione appellationis, secū dum Innocent. in c. ex literis, in fi. de resti. in integrum. Gui. Pap. de præsumpt. num. 76. & quæst. 184.

Acquisita a matre tutrice libero rum tutela durante, an præsumantur acquisita ex eorū bonis, & quando teneatur ea filiis relaxare. Respond. Guid. Pap. de præsump. num. 84 uide omnino.

Appellans dicens appello, nō declarādo ad quem iudicem appellet, ad quem appellasse præsumatur. Gui. Pap. de præsumptio. num. 95.

Arma portans præsumitur habere malum animum. uide Gui. Pap. de præsumpt. nume. 105. ubi de armis fusius, & ubi remissiuè.

Allegans solutionem an præsumatur debitor. vide plenè per Bar. in l x. ff de uerbor. obliga. & Ang. Are. in tract. de excep.

Alienasse in fraudem præsumitur debitorē, ex quo scit se creditores habere, uel habituros & bona eis non sufficere. Guido Pap. de præsumpt. nume. 112. ubi fusius.

Acquisita per alterum fratrum mortuo patre durante communione inter fratres, præsumuntur acquisita de communi. Spe. de iudiciis. §. sequitur. uidere de communibus iudiciis, quæ sunt tria uer. Quid si duo fratres. Alcia. de præsump. regula 1. præsump. 25.

Appellare nolens intra decem dies à tempore latæ sententiæ præsumitur eidem sentētiæ acquieuisse. & hæc est mirabilis præsumptio. ut dicit glo. in l. ad solutio. C. de re iudic. item ille, qui pendente causa appellationis petit terminū ad soluendum debitum, de quo agebatur, præsumitur eius appellationi renuntiasse. secundum Inn. in c. solicitudinem, in uersi. contra expen. de appella. & in c. quòd ad consultationem. super uer. recipiens, de senten. & re iudica.

Aggressor qui fuerit inter duos rixantes, & quis aggressus in dubio præsumitur contra mortuum, si mors unius secuta est vel contra amplius uulneratū. & pro altero l. scientiam. §. cū sacramenta. ff. ad l. aquil. uide omnino Alciatum de præsum. regula 3. præsump. 39. uide omnino Herculanum. de cautione c. 30. Menochius casu, 63. de arbi. iudi.

Acquirere quilibet præsumitur usque ad mortē l. si defunctus. C. arbi. tutelæ.

Bręsumitur contra accusatum, si eius consanguinei impediēt examinationem. Bal. in l.j.ult. col.uersi.ulti.est argu. C.si quacunque prędi. potesta. per no. in cap. Abb.& in c.constitutus de testibus.

Animum occidendi non pręsumitur habuisse percutiendo alterum, nisi probetur contrariū. l.j.C.de sicariis, quòd probatur si percutiat hasta, cum poterat percutere cum ferro, ut no. glo.in l. 1.§.diuus.ff.de sica. & ibi no.

Animo iniuriandi pręsumitur aliquem dixisse uerba, quę uidentur iniuriosa, nisi probetur cōtrarium.l.si non conuicij.C.de iniuriis.

Agnoscere & approbare iudiciū patris pręsumitur, qui ab hæredibus aliqua emit uel conduxit, uel similia fecit. l.si ut proponas.§.j.ff.de inoffi.testamento. item præsumitur filiū agnoscere, & comprobare patris iudicium, qui petenti legatum ex testamento paterno patrocinium præstat. l. fi.ff.de inoffi.testa.

Actum licito modo quis potius facere pręsumitur, & ut quis ita supinus nō sit, ut id tentet, quod sciat irritum esse, & sibi maximè damnosum. argum. l. cum deinde.ff.de proba. secundum Raphael.Fulgos.in consi. 5.in ult.col. incip. Nauta quidam, ubi etiam per istam rationem quendam uzutam, qui recesserat non soluta gabella defendit.

Ascendens pręsumitur uelle relinquere hæreditatem suam descendentibus. Alciat.de pręsumpt.regula 1.præsump. 8.

Auus pręsumitur dotare neptem contemplatione filii. Alc ia.de præsumpt.regu.1. præsump.17.

Affectio pręsumitur in cōiunctis. Alciat.regul. 1. præsump. 20.

Alienatio facta per prelatum in consanguineos pręsumitur nō esse facta in utilitatem ecclesiæ, sed in utilitatem ipsorum consanguineorum. Alciat. de pręsump.regul.j præsump.29.

Antiquior pręsumitur melius scire ueritatem. Alciat. de pręsumpt.regul.1. præsumpt.45.

Actus sequens pręsumitur factus in executionem tractatus pręcedentis. Alcia.reg.2. pręsumptio.24.

Actus ubi potest importare delictum graue & paruum, pręsumitur pro minori delicto. Alc. de pręsumpt. regu. 3. præsumptio 6.

Actus non præsumitur gestus metu, sed sponte gestus, Alcia. de pręsumpt.regu. 3 præsump.7.

Actus ut potius ualeat in dubio pręsumptio capitur semper, quàm pereat. Alciat. de pręsumpt.regu. 3. pręsump.34.

Pręsumitur ex duob. actibus eodem

dem die factis illũ præcessisse, qui de iure præcedere debuit. Alciat. de præsump. reg. 3. præsumpt. 42. ubi etiam præsumptio non tollit, quin possit in contrarium probari, & allegari, nume. 1. & quando præsumptio sit alleganda. Aretinus consi. 110. num. 1. vide Rui. cõs. 143. num. 22. vol. 5.

Præsumptio semper est capienda, quod actus sit factus modo licito, vel cum minori delicto. Ruin. consi. 1. num. 3. vol. 5.

Præsumptio pro ualiditate actus, est cæteris fortior & præferenda. Ruin. consil. 72. num. 4. vol. 2. Gratus respon. 81. num. 13. in 1. & respon. 92. num. 7. volu. primo, & respon. 90. nume. 13. in secundo. Cephalus consil. 294. num. 45. lib. 2.

Præsumptio, quæ oritur ex promissione excessiua affictus, est magis immediata ad usuras, quàm modicitas precij in uenditione, & pactum de retrouẽdendo. Gratus respon. 11. nu. 19. volum. 2.

Præsumptio nõ est, quòd aliquis alienare uelit. Gratus respon. 28. num. 11. uolum. 2.

Præsumptio, quę habet iuuene formosum iuuentum in domo pulchræ mulieris censeri adulterum, non procedit, quando muliere inscia domum fuerit ingressus. Gratus resp. 43. nu. 45. vol. 2.

Præsumptio est cõtra rixosum, & similia solitũ perpetrare, ac seniorem prius aggressum, & similia solitum perpetrare, cũ dubium est quis aggressus fuerit. Gratus respon. 47. num. 14. volum. 2.

Præsumptio est, quòd quis acquisierit de pecuniis propriis, quod qualiter procedat. vide Crauettam consi. 91. nu. 8.

Præsumptio est, quòd actus sequens factus sit secundum causam præcedentem. Craue. consi. 91. nu. 9.

Præsumitur ille actus præcessisse, qui debuit præcedere, quãdo eodem die, uel eadem hora reperiuntur plures actus celebrati. Ripa responsorum lib. 3. c. 5. nu. 2.

Actus præsumitur spontaneus, Neuiza. consi. 46. nu. 42.

Præsumitur pro actu, quod sit validus, & quod fuerit factus, ut fieri debuit. Neuiza. consi. 66. nu. 56.

Animus præsumitur talis, qualia sunt facta, vel verba. Gramma. decis. Neapo. 37. nu. 6.

Præsumitur pro uiris, qui sunt maximæ auctoritatis & notæ integritatis, ac fidei. Alba consi. 11. nu. 11.

Præsumptio oculti auxilii cõtra associantẽ post delictum oritur, per quam cogitur associãs probare contrarium. Ruini. inter consi. crimi. 136. nu. 8.

Prȩsumptio occulti auxilii cessat quando astans rixæ fuit tanquam mediator. Rim. Tertius ibi.nu.9.

Præsumitur quòd quisque in dubio velit actum validum facere. Emilianus consil. 39. nume.87.

Prȩsumptio validitatis actus potentior est alia quacũque præsumptione. Emilianus consi.62.nu.12.& consi. 116.n.14. Dec.in l.in contrahenda n.6.ff. de reg.iur.

Præsumitur pro eis, quæ plerunque acciderunt. Zasius consil. 229.nu.37.in j.

Acquirere quilibet prȩsumitur & ditari. Alcia.consi.216 nu.8. lib.vlt.

Prȩsumitur paritas affectionis erga pares in gradu. Alciatus cõsi.62 n.4 lib.9.

Non prȩsumitur, ꝙ auus de suo dotauerit neptem diuitem. vide Alciatum in consi.49. num. 10.lib.9.

Prȩsumptio ex substantia rei preualet appellationi. Alcia.consi. 68.lib.9 nu.8.

Præsumptiones introductæ in fauorẽ alicuius intelliguntur habere locum ita demum, si ipse hoc alleget. Alcia. consil.29. nu.23.lib.8.

Præsumitur contra eum, qui differt agere, donec probatio rei deficiat c.nullus, de præsump. Nam omnis, qui de iure consi dit, non differt, nec vadit per mendicata suffragia, sed festinat, vt ueritas inquiratur. ot ait Bald.in l.de crimine. C.de adult.& in c.licet causam.col. ult.de proba.

Prȩsumptiones iuris non attenduntur, quoties animæ vtilitas suadet. Portius consil. 30. num.12.

Præsumptio prȩualet ex duabus contrariis probationibus, quȩ facit ualere actum. Ceph. cõsi. 10.nu 4.in j.

Animus malus, cum sit facti, non prȩsumitur, sed est probandus. Cephal.consil.76.nu.18.in j.& ibi dicit, ꝙ amicitia & obseruantia tollit prȩsumptionẽ quòd quis uoluerit quempiã iniuriam alicui inferre.

Allegatio tacita præsumptionis sufficit, quæ tamen veniat in necessariam antecedẽtiam ad deducta. Cephalus consil. 133. nu.55.

Prȩsumitur, quòd qui cȩpit bona sua perperam administrare, omnia in futurum sit dissipaturus. Cepha.consi.39.nu.27.

Affectionis naturalis præsumptio prȩualet. Ceph.consi.216 num.20.

Allegatio prȩsumptionis, quando resultat ex antiquitate tẽporis, potest omitti, & in allegationibus iuris postea deduci. vide omnino Cephalum in consi.171.num.42.lib.2. vbi & alia

alia. Et an præsumptio resultans ex facto partis debeat allegari? vide Bellonum, Supputationum lib. 2. cap. 6. Et est allegẽda præsumptio in quibus dominium præsumitur, aliàs parti minime prodest. Crottus consi. 34. num. 15. & etiam præsumptio post conclusionẽ in causa tempore disputationis. vide Afflic. super consti. de matrimoniis publicè contrahendis n. 17. lib. 2. vide Rolan. cons. 99. nu. 31. in 2.

Pręsumptio licet nõ sit pro actis. Tamen fallit in sententia antiqua, in qua omnia acta interuenisse pręsumuntur. Roland. cons. 99. nu. 23.

Præsumptio est iuris semper contra inuadentem & agredientẽ & criminis Auctorem. Nouellus in trac. cri ad defensam, pagi. 15. nu. 13. Et contra illum q primo ponit manus ad arma, & incipit proferre uerba contumeliosa, ibi nu. 17. Maranta in practica in 6. par. ver. Cõfessio nu. 27. pag. 204.

Artifex pręsumitur uiuere ex artificio, glo. in l. si quis argentũ. uersi. quantum. C. de donatio.

Si quis alloquatur Titium, & in breui spacio committat delictum, præsumitur de consilio commisisse. Dec. in l. consilii in apostill. super uer. in dubio de regu. iur.

Præsumitur cõtra deferentes arma, quod velint malè agere. Ripa de peste nu 330. Bald. in feudis de pace tenenda §. si qs rusticus. Iodocus de præsump. num. 23.

Præsumptio est pro antiquitate. Gui. PP. singu. 197. & pro actu antiquo Afflictus decis. Neap. 245. nu. 3.

Adulterij præsumptio oritur ex conuersatione, ex solitudine simul vagandi, ex loco, nuditate, ætate, ex eodem lecto tempore nocturno, ex auditu testium distantium tenui pariete, quando inuicem commiscebantur, etiam ex prolatione osculorũ, & amplexus, quæ omnia simul iuncta probant adulterium. D. Iosephus Fontanellus olim Prætor noster Ferrariæ cõmendabilissimus & iustissimus inter consi. crimi. consi. 97. nu. 31. in 2. vol.

Præsumitur præstasse alimenta p̃terito tempore, qui probat ea præstasse per triennium cõtinuum. Machellus patrocinio 29. nu. 2.

Præsumptio non est elicienda ex actibus nostris vltra quàm ipsi de necessitate inducant. Iaco. Venentus in tracta. de annua præstatione q. 6. num. 8. in prima par.

Allegari non debet præsumptio per iudicem. decis. Neapo. per Afflictum 345. nu. 7.

Allegari non debet pręsumptio, quę

quæ ex cursu temporis nō venit, vbi veritas patet. Affli. decis. Neapoli. 107. nu. 6.

Apparere satis dicitur, quod prę sumptiuè constat. Afflic. decis. Neapo. 12. nu. 24.

Actus vnicus vel plures præsumantur. Milleus in Reperto.

Pręsumi an debeat quilibet actus iudicialis factus in absentem, uel præsentem. Milleus in Reperto.

Præsumi non debet pro actis extra iudicialibus per iudicem gestis, vide omnino Milleum in Reperto. litera P.

Abbreuiatura pręsumitur esse apud Notarium, nec præsumitur ab eo restituta partibus, nisi probetur. Bart. in l. si quis ex argenta. §. prætor, de eden. vbi & Alexander.

Vbi dubitatur de prioritate duorum actuū ex incertitudine ne uterque uitietur, præsumimus pro benigniore. Alciat. de prę sumpt. regula tertia, præsumptio. 41.

Abesse quis præsumitur ex iniusta causa, eo ipso, quòd non ꝓbatur abesse ex iusta causa. l. si eum seruum. §. fin. ff de fideicō missa. liber. in princ.

Accusator autem si in termino ad quem reum citari fecerat non compareat, præsumitur abesse potius ex iniusta, quàm iusta causa. dicit Ioan. And. de dolo & contu. ca. lib. 6.

Abesse pręsumitur quis malitiosè, ubicunque tenetur ad aliquid agendum, & abest. dicit Innoc. de eo, qui mitti. in poss. causa rei ser. si aduersarius, ex ē pla, ibid. uide.

Actus reiteratus interuenisse ꝓsumitur, ne testes periurij reatu notentur. de testi. c. cum tu fili. Specu. de teste. §. iam de interroga. uer. quid si vnus.

Præsumitur eum in cuius arbitrium aliquid est collatum taliter arbitrari, quòd speciali iuris dispositioni eius arbitriū non repugnet l. quanquam. ff. de ritu nup. l. 1. & no. ff. si quis cautio.

Anulos & claues assignatos causa custodiæ assignari præsumitur l. dominus horreorum. ff. loca. & no. ff. de leg. 2. l. cū pater. §. pluribus. & facit 23. dist. Hostiarius.

Agens aliquid in suo præsumitur ꝙ nocendi animo non facit. l. fluminum. ff. de damno infec. in glo. pen. ꝙ verum, nisi prohibitus hoc faciat 23. q. 5. cū homo. Facit l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen.

Appellationi renunciasse præsumitur appellans, si apostolos sibi dari non petit intra terminum ab homine statutum, uel à lege. Luc. de Pen. in l. quicunque. præsumpt. 116. C. de apochis pub.

Acta omnia legitimè præsumuntur

tur, si aliqua ducta est vt uxor. Cast. in l. cum fuerit nu. 2. ff. de condi. & demon.

Actum approbare non præsumitur, qui solemnitatem, quæ in actu requiritur, non admittit. l. non codicillum. C. de testamen. Luc. de Penna in l. 1. C. de quæsto. lib. 12.

Agere iniquè non præsumitur, qui præsente Iudice, aut quolibet alio legali & ciuili officio abseruante aliquid exequitur. ut colligitur in auth. vt de fun. seu fu. post prin.

Accusatus de adulterio præsumitur illud commisisse, si tempore accusationis consanguinitatem obiecit, & nunc inuenitur nuptias cũ adultera contraxisse l. si qui. C. de adulter. vide omnino Luc. de Pen. in l. quemadmodum, præsumpt. C. de agrico. & censi. lib. 11.

Adulterium commisisse præsumitur is, cui ter denunciatũ est, ne cum alicuius uxore loquatur, inuentus postea cum ipsa loq., in auth. ut liceat matri, & auiæ. § his quoque etiam, quæ est. C. de adulter. auth. si quis.

Appellans ante sententiam causa frustratoriæ dilationis appellare præsumitur l. 2. C. de episco. audien.

Adulatio omnis præsumitur mala 40. dist. sunt nonnulli, & seq. & ex adulatione præsumitur sequi malitia, ibid. & ff. de ser. cor. l. 1. plura mala de adulatione. vide C. de silẽtia. in rub.

Actum omne praue actum, malè actum esse præsumitur l. si non conuitii. C. de iniuriis. Nisi præsumatur aliud ex persona. qualitas. n. facti præsumitur ex persona facientis 11. q. 3. absit, & no. 5. q. 4. non omnis. vide Luc. de Penna omnino in d. l. quemadmodum. præsump. 137. C. de agrico. & censi. lib. 11.

Affectione dolosa p̃sumitur moueri, qui committit officia lucrosa cõsanguineis, uel coniunctis 89. dist. decenter.

Animalium venaliciarii. i. uenditores præsumuntur potius ad lucrum, uel turpiter faciendũ proniores l. iustissime. §. 1. in fi. ff. de ædil. edic.

Auarus non præsumitur sapientiam diligere. C. de nõ nu. pec. l. professio.

Auarus quilibet præsumatur. l. cum de indebito. ff. de proba. & no. ff. solu. mat. l. quæ dotis.

Actum impetuosè præsumitur, & non libera uoluntate, cuius actor cito pœnituit, puta intra triduum, extra de reg. cap. ad nostram.

Ancillam susceptam in uxorem a domino præsumitur efferri & superbe agere. § iocundum, in auth. de nuptiis.

Animus impudicus præsumitur, cuius est oculus impudicus. 23. q. 5. nec solo.

Accu-

Accusator p̄sumitur, ut impleat accusationis solemnia requisitus, si non comparet, nec prosequitur, suæ causæ renunciare. l. si ea, C. qui accusare non possunt, & de pac. l. postquam.

Auarus nullus præsumitur, quòd quęrat compossessorem, nullusque dominandi cupiditate inflatus, uel fastu dominationis elatus desideret habere cō sortem. 23.q.7. quòd autem.

Abbas presumitur id, quod agit agere de consensu conuentus. no. Innocen. in c. ea. de his, quę fiunt à præla.

Agens præsumitur suo potius, q̄ alieno nomine agere. l. Iulianus, §. si seruum, de procura.

Arbiter quis pręsumitur electus, cuius sententię stare sub pœna promissum est, & econtra, ut iudex, si pœna non est adiecta. no. ff. de iudi. l. 1. per Inno. de arbit. c. innotuit.

Alienare præsumitur, qui rē suā permittit usucapi. l. alienationis. ff. de uerb. sign.

Affectio præsumitur in coniunctis. l. Aurelius, §. Titio. ij. ff. de l ber. lega. & ff. mandat. l. cum seruus, secus in extraneis. l. petitus. §. 1. ff. de excusa. tut.

Actum inutilem quis non pręsumitur facere uelle. Bertran. in consi. 338. num. 4. uersi. adiicio, in 3. vol. lib. 1.

Actum præsumitur a partibus, quod tacitè uenit de natura contractus. Ias. in l. cum quid' num. 4. in 1. lectura. ff. si certū petatur, an autem præsumatur pro actibus, qui geruntur per modum uoluntariæ iurisdictionis. uide Abb. in c. in pręsentia, num. 14. de reuunciat.

An præsumi debeat pro actis extraiudicialiter gestis, uel per uiam uoluntarię iurisdictionis. uide Abb. in cap. 1. ubi Anton. num. 6. de cleri. pere.

Etiam si a lege inducatur præsumptio, & id, quod lex præsumit sit notorium, allegari tamen semper debet, aliàs non suffragatur. Turzanus opinio. communi. 157.

Allegari necesse est semper, ubicunque aliquid est necessariū ad intentionem fundandam dato, quòd illud pręsumatur a iure, adeò, ut in dubio nō sit necesse probari. Bald. consil. 403. in 3. par. num. 6. Riminal. 430. num. 55. & nume. 56. uide Tiraquel. in tract. de pręsumptio. in glo. 2. pag. 12. uersic. tu aduerte.

Adiuisse non præsumitur solemniter, ex quo quis adiuit. Bal. consi. 403. in 3. par. num. 5.

Præsumitur pro arbitramento, sicut pro sententia iudicis. Bal. consi. 340. in 1. parte, nume. 2. Item pręsumitur pro arbitrio. Bal. consi. 340. num. 4. in 1.

Adhibitus præsumitur adhibitus gratia adhibentis non gratia sua,

sua, nec præsumitur adhibens uelle iactare suum. Bal. consil. 400. nume. secundo, in quinta parte.

Alienatio an præsumatur simulata ex eo, quòd alienans reperiatur possidere post alienationem. Bal. consil. 268. num. 1. in 5. parte.

Præsumptio, quòd interpretatio debet fieri, ut actus ualeat, prȩualet aliis. Dec. consil. 76. nu. 3.

Præsumptio locum non habet, quando de salute animæ agitur, Anchar. in consil. 411. numero 5.

Annihilare uelle seipsum, & statum suum nemo præsumitur. Socin. iun. consi. 77. nu. 39. in 1.

Præsumptio licet releuet ab onere probandi. Tamen non releuat ab onere proponendi, & allegandi, cum quælibet iuris præsumptio debet articulari, licet non probari. Socin. iun. consi. 7. num. 9. in 1. & consi. 77. num. 21.

Alienare malo animo prȩsumitur, qui substantia sua, & bonis abutitur. Cacheranus decisione Pedemontana 168. nu. 14. & 13. & qui male uersatur circa substantiam suam dilapidare dicitur. Et ex magno excessu in alienãdo prȩsumitur fraus, ibi. nu. 15.

Arbitrium, idest laudum in dubio præsumitur æquum. Vitalis in tracta. clausularum, pag. 466. uersi. Et quòd dictum est.

Acquirere ex aliena pecunia quãdo quis præsumatur, uel non. Siluanus in consi. 86. in 2.

Alimenta præsumuntur præstita ab eo, qui tenebatur ea præstare. l. fi. ubi Bald. & Salyc. ff. de alimen. pupillo prȩstan. Bart. in l. cum seruus, ff. de uerb. ob. Corn. in consi. 110. col. 3. uolu. 1. & consi. 113. colum. 2. uersic. his tamen non ob.

Actus quilibet in dubio præsumitur uerus. & non simulatus, ut per Bar. in l. cum precibus. C. de probat. Abba. in consil. 97. num. 23.

Arma ante pedes inuenta præsumuntur illius, cuius sunt ante pedes. Menoch. de arbi. iudi. casu 394 num. 53.

Alimentatus præsumitur pupillus a tutore, nisi probet unde aliunde perceperit alimenta. l. fi. C. de alimẽ. pupillo prȩsta. ita & creditor præsumitur aluisse equum pignori sibi datũ. ita & apparitor prȩsumitur aluisse carceratum. EcKius in trac. de iure sistendi, capit. 34. num. 2. inter tracta. assicurat. diuersorum, pagi. 428.

Actus, ut ualeat, ꝑsumitur prius præcessisse quàm secus, plura ad rem Rolan. à Valle in consil. 61. num. 24. & pluribus seq. in 3. uol.

Antecedenti prohibito, præsumitur prohibitum omne, per qđ

ad illud peruenitur. Anto. Gabriel. in suo communium conclus. tit. de præsumptionib. cõclusione 7.

Animus ita esse non præsumitur, quia est facti, nisi probetur. Benintend. decisio. Bono. 70. num. 16.

Acquirere frater, uel quis alius præsumitur sibi & suis hæred. in dubio, & non fratri. Bald. in consi. 97. in 1. ubi bene.

Alienatio nunquam præsumitur, quoties unus & idẽ actus potest sapere alienationẽ, & non alienationem. Bald. consil. 116. num. 3. in primo.

Arbitratoribus iura partium nõ sunt notoria, nisi constet, nec præsumũtur, idem in arbitris. Bald. in consi. 142. col. 1. in fin. in 1. uo.

Adulter præsumitur, qui in fragranti crimine deprehensus est malefactor. Bald. in consil. 152. num. 5. in 1.

Arbiter habet pro se præsumptionem. Dyn. in consi. incip. Tholomæus Manentis. Bal. consil. 227. num. 5. in primo.

Arbitrator, qui enormiter lædit partem præsumitur ex animo & dolo fecisse. Bald. in consilio 380. in 1. vol.

Actus duo quando sunt subordinati, de quibus in eodem instrumento fit mentio, præsumuntur facti congruo ordine. Bald. consi. 170. num. 2. in 2.

Actus, qui potest duplici modo fieri, scilicet tanquam heres, & tanquam non heres, in dubio non præsumitur, quis adire, ut no. ff. de condi. ob causam. l. 1. §. si parendi. Bald. cons. 324. in 2. vol. & ibi quando quis dicatur adire hæreditatem.

Accusatus, uel inquisitus non statim, quòd est accusatus, uel inquisitus ideò præsumitur culpabilis, nisi probetur, ut legitur, & no. in l. 3. C. ad l. Iul. maiesta. Bald. consil. 410. in 2. uol. num. 1.

Allegare semper melius est illud, quod lex præsumit. Bal. consil. 403. num. 6. in 3. uolum. uide omnino.

Affectio in dubio naturalis inducit præsumptionem. Bal. cons. 406. num. 2. in 3.

Arbitraria habent præsumptionem pro se. Nam & in arbitrariis præsumitur pro iudice de eo, qui furt. ordi. susce. c. innotuit. Bald. consil. 217. colum. 1. in 4.

Abbas præsumitur constituere procuratorem de consensu capituli, nisi contrarium probetur c. ea noscitur, de ijs, quæ fiunt a prælatis sine consensu capituli. Bal. in Margarita uer. 14. & an præsumatur facere de consensu conuentus. Innocen. in c. ueniens, in ulti. colum. de præscrip. ubi quòd sic.

Abesse quis ex malitia præsumitur,

tur, si dum obligatus stare in loco, ut beneficiatus, uel maritus non reperiatur. Felyn. in c. consultationibus, circa princ. 1. col. de offi. deleg. plenè. Abbas in c. si aduersarius, de eo, qui mitti. in poss. causa rei seruandæ, ubi, quando absentia dolosa præsumatur.

Abbreuiatura præsumitur esse apud notarium, nec præsumitur ab ipso restituta partibus, nisi probetur. Barto. in l. si quis ex argentariis, §. prætor, ubi & Alex. ff. de eden.

Absens præsumitur condemnatus ex contumacia. l. j. & ibi Bald. in 3. no. C. de pericu. & commo. rei uendi. nisi sit condemnatus ex liquidis iuris ꝓbationib. l. ij. & ibi tenet Bald. C. de contra. iud. tu uide Bart. in l. Papinia. §. meminisse, in 3. no. ff. de inoffi. testa.

Absens in loco propinquissimo præsumitur scire sententiam latam esse contra se à die præsentati tenoris sententiæ ad domũ suam, aliàs secus, aliàs non scilicet facta præsentatione prędicta. Etiam si prius fuit citatus ad sententiam audiendam, secus, si fuit sibi missa notificatio ꝑ publicum nunciũ, licet tenor sententiæ non fuit missus. Firmanus in uersic. absens in loco, fol. 5.

Absens præsumitur scire etiam id, de quo est publica fama. Bart. in l. is potest, in 6. col. super uer. nunc uideamus, qualiter, de acquiren. hæred.

Absentia in omni materia semper præsumitur. Firma. uersic. absentia.

Absolutio nunquam præsumitur commissa ad cautelam, nisi exprimatur, glo. in c. capitulum, uersi. relaxetis, de rescrip. quã extollit Panor. in c. Apostolicę in fi. de excep.

Absolutoria præsumitur lata, qa non probatum. Bar. in l duob. §. a fideiussore, ff. de iureiuran. item ex causa, de qua patet in actis. Bar. in l. Iulianus 16. col. uersi quandoque. ff. de condi. indebi. & Alexand. in l. admonendi. 3. char. de iureiur. Firm. uer. absolutoria.

Accusator ꝑsumitur legitimus, nisi contra probetur. Bald. in addi. ad Speculato. de accusa. uersi. 1.

Acta an pręsumãtur interuenisse, si de eis sit facta mentio in sententia. Cast. consi. 3.

Acta præsumuntur iusta sicut & sententia. Bal. in l. fi. in pẽnult. col in fi. uersic. quæro nunquid pro actis. C. de re iudi. Bar. in l. 2. qui. C. de ap.

Acta non præsumuntur præcessisse, licet producatur sententia. Bar. in l. illud. ff. de acquir. hæredit.

Acta omnia præsumitur iudex uidisse, & cognouisse. Bald. in l. fi.

C. de edicto diui Adria. tollen. in 5. quæst.

Actor præsumitur uoluisse in iudicium deducere ius sibi competens, & non ius non competens, etiam si opus sit uerba transplãtare & impropriare. Paul. de Castr. in l. 2. §. uerbis, ff. si cer. pet.

Actor præsumitur scire qualitatem iudicij. Bal. in l. fi. C. de liti. paulo post prin. super text. ibi accesserit.

Actor non probans pręsumitur calumniari. Bald. in l generali 6. col. ubi distinguit. C. de episcop. & cler.

Actor præsumitur uoluisse intentare actionem, quæ resultabit ex probationibus faciendis. Alexand. in §. Chrysogonus, 7. col. de uerb. obl.

Actor pręsumitur cõstitutus causa cognita. Bald. in l. si præses, in j. quæst. C. quomodo & quãdo iudex.

Aditio non pręsumitur ex implemento conditionis l. Antistus, & ibi Bal. de acquir. hær.

Aditio pręsumitur, ex eo, quòd tutor in inuentario dicit sic. item res de hęreditate Titij. Bar. l. gerit, penul. col. ver. iux. hoc quæro, ff. de acquiren. hæred. item ex uerbis narratiuis Titius hæres hic constituit procuratorem &c. Bartol. in dicta l. colum. 2.

Aditio ex non facto præsumitur, putà si debitor institutus intra tempus nõ soluit, quia præsumitur adire. Bar. d. l. gerit, in 9. col. uers. uenio ad quartum prin. Bertach. uer. aditio ex nõ facto, ubi fusius.

Aditio fit & præsumitur, si minor cum consensu curatoris agit cõtra debitores hęreditarios. Castr. in consi. 212.

Aditio præsumitur per actum factum a patre sciente & patiente filio, si actus est talis, quòd arguat aditionem. Bartol. in l. qui in alie. §. 1. uer. q̃ro quid si appareat, ff de acqu. r. hæred.

Aditio præsumitur, non inducitur ex cursu longi temporis. l. qui in aliena. §. 1. & ibi Bartol. in prin. ff. de acquiren. hęredit. Bald. in l. 2. de legiti. hære. & in l. j. 26. oppo. C. qui admitti.

Aditio pręsumitur ex comminatione filię facta fratri de petenda portione hęreditatis, & ideo transit ad hęredes petitio hęreditatis tanquam aditę. Bar. in l. posthumus, §. fin. ff. de inoffi. testamen. non tamen se clarè firmat.

Aditio in suis præsumitur, nec est probanda, sed in extraneis sic. Bertachi. in uersi. aditio.

Aditio citius præsumitur in hęreditate ascendentium quàm aliorũ. Bal. in l. si matre, in prin. C. de suis & legiti.

Administrator Reipublicę præsumitur ditatus ex pecunijs publicis

blicis nõ ex officio ſuo q̃ſiuiſſe, quod poſt officiũ reperitur habere. Bal. in l.cum oportet. in prin.in 4.col. ver. quid in ad mini.C.de bonis quę liber.Bertachi uer.adminiſtrator Reipublicæ.

Adminiſtrator ſemper præſumitur facere animo adminiſtrandi, non animo donandi. Bertachi.uerſi.iſto.

Adultera ſemper p̃ſumitur adultera. Ang.in auth.de reſtitu. & ea, quæ parit.§.fin. col.4.

Affinitas facit præſumi homicidium caſuale.glo.eſt in l. 1. C. de ſica.& Bal. in ſingul. uerſic. amicitia.

Alienatio in clericum præſumitur facta cauſa mutandi iudicij, & per eam conſtituitur durior aduerſarius, cum non poſſit clericus conueniri ſub iudice ſeculari, & ideo contra alienationem agitur ad intereſſe ex edicto de aliena.iud.mu. cauſa facta. Idem ſi ſit facta in perſonam, cũ qua deberet fieri cõpromiſſum. Bertach. uer. Alienatio in clericum.

Alienatio præſumitur in fraudẽ, quando alienans poſtea poſſidet pro ſuo.ideſt fructus percipit & nemini reſpondet. Etiam ſi rẽ precario poſſideat. niſi emptori reſpõdeat de fructibus, vel niſi reſeruauerit ſibi uenditor vſumfructum. Bertachinus verſiculo, Alienatio præſumitur.

Alimenta præſumuntur pręſtita vxori ab hęredib.viri, cum quibus commorata eſt. Niſi probet, ꝙ aliunde percepit l. fi. C. de alimen.pu.præſti.Alex.conſi. 3. in 3.

Item in dubio præſũmuntur pręſtita pupillo à tutore, niſi pupillus aliter probet. Item præſumũtur p̃ſtita de bonis eius, cuius negocia ſunt geſta à negociorum geſtore, non de bonis eius.glo.& Bar.in l. Neſennius 1.col.ver.item no.ff.de nego.geſt.

Allodialis res pręſumitur & non feudalis, ſed libera. Firma.ver. libera & uer. Allodialis, & Brunus conſi. primo. colum. prima, & conſil. ſecundo, colum. 1.& ſecunda.

Alluſio vocabuli facit præſumi ſignificatum vocabuli l.1. & ibi Bar.ff.de fundo inſtruc.vbi dicitur inſtrumentum dici, eo ꝙ inſtruat cauſam.& Bar.in l.omnes populi. in 6. q. principali. ver.Item quòd prædictum. ff. de iuſti.& iure, & no.in l.2.§.appellata, in prima oppoſiti.ff.ſi certum pet.

Amicitia eſt pręſumptio & coniectura in incertis, uidelicet, ꝙ teſtator ſenſerit de Titio amico potius quàm de alio Bar.in l.duo ſunt Titij in fi.ff.de teſta. tu.& Bal.in l.voluntatis, vlt.colum.ver. tem legatum.C.de fideicom-

deicommissis,dicit prę∫umi re lictum factum amico & propter amicitia.

Amicitia prę∫umitur inter omnes, non autem inimicitia.l.∫i quis te∫tibus,& ibi Abb.in vltima colum.in ver.no.quòd il le.C.de te∫tib.Quod e∫t verum in genere & non in ∫pecie, qa tunc amicitia non prę∫umitur ∫ed debet ∫pecificari ∫ecundũ Bal.ibid.

Amicitia inducit prę∫umptionẽ, quòd quis non habuerit animum occidendi.Cępol.in con ∫i.2.in 2.col.in fi.

Amicus prę∫umitur is, qui eligitur ad aliquod officium l.amicis∫imos.in prin.& ibi Bart.ff. de excu.tuto.

Animus ex facto prę∫umitur,ni∫i cõtraria prote∫tatio palam pręcedat.Firma. hoc uer.

Animus ex prælodiis & pręfationibus prę∫umitur. Ca∫t.con∫il. 40.Alexan.con∫.146.colum. 5. in 5. vol.

Animus furandi non prę∫umitur in tutore.Ni∫i in reditione rationis aliquid ∫upprimere deprehendatur.Firma.ver.i∫to.

Animus prę∫umitur ex dictis extra iudicium parte ab∫ente. Firma.ver.i∫to. Et an & quando animus maleuolus prę∫umatur.Signorol.con∫.21.

Animus præ∫umitur ex con∫uetudine.Bal.l. Macedoniani. in fi.C.ad Mace.

Animus recedendi de loco non præ∫umitur in eo, qui habet officinam,vel tabernam in loco aliàs ∫ic l.heres ab∫ens.§.proinde in 1.col.ff. de iudi.

Animus repetendi ∫umptus pro alio factos, quomodo probetur.Firma.ver.i∫to.Et præ∫umitur ex qualitate expen∫arum. ibidem.

Animus mercandi in futurũ præ∫umitur in eo, qui de proximo dereliquit artem mercantiæ. Alex.in l ∫emper §.negotiatio de iure immunitatis.

Animus donandi nõ prę∫umitur in admini∫tratore promittente, vel expendente, ∫ed animus repetendi ∫ic. Firma.in reperto.i∫ta litera.

Animus percutientis prę∫umitur ex qualitate in∫trumenti, quo percu∫it c.∫ignifica∫ti.2.de homici.Non tamen ∫ecundũ Firma.quòd intentio attenditur & non factum in illis, quæ ex animo dependent.Alex.in l. ét §.licet.col.2.ff.∫olut. matri.vbi de illo, qui habebat animum vulnerandi, & occidit,& de illo,qui vnum offendit, & alium offendere volebat.& de ebrio & dormientibus delinquentibus. Addę, ꝙ prima & principalis intentio attenditur, & non, ꝙ ex po∫t facto ∫equitur. Vnde ∫i permittitur bladũ extrahi pro v∫u, & ego extraho eo animo,demum muto ꝓ

positum & vendo, non incido in pœnam statuti. Firma. vbi supra.

Animus ex reuersione præsumitur. Nisi reuersio fiat post quinquennium. Bal. in trac. de scissma, 19. col. l. naturalem §. Pantonius. de acqui. re. do. Bart. in consi. statuto Ciui. Bono. & in l. ex eo. de testa. mili. Firma. in reperto.

Animus donandi præsumitur in adhibente coniunctam personam ad stipulandum. Firma. ver. isto.

Animus donandi sumptus alicui factos præsumitur ex qualitate sumptuũ. Firma. ver. isto.

Animus nocendi nõ præsumitur. Nisi ex comminatione; quòd ædificabit ad despectum vicini. Item nisi nullam sentiat vtilitatem. Item nisi esset modica vtilitas & magnum damnũ vicino. Firma.

Antiquitas facit omnia præsumi solemniter acta, nisi ex inspectione scripturæ defectus appareat. Cast. consi. 48. Cuman. consi. 158. in prin. 2. col. Areti. cons. 31. Firma. ver. Antiquitas & ubi se remittit, vide in ver. solemnitas ubi contra istud.

Antiquior præsumitur sapiẽtior. 26. q. 4. sciendum. Specula. de aduocato. §. nunc tractemus. uer. habito 84. dist. porro.

Annuli subarratione præsumitur matrimonium contractũ. glo. in l. fi. de despon. impub. Dec. cõsi. 164. col. 2.

Appellans & non prosequens p̃sumitur habere iniustam causam. Cardin. in clem. constitutionem. §. sanè 9 q. de electio. 2. q. 6. §. si uerò. Bal. in addi. Specu. de appellat. in 7. col. versi. qui appellat.

Appellatio an præsumatur in scriptis q̃ fuit in scriptis redacta. in Spec. de appella. in 3. col. §. an omnia, versi. & notabiliter. ubi Bald. in addit. ver. an præsumatur, vbi dicit, ꝙ non.

Appellatio in dubio præsumitur rationabilis, & debet admitti nisi constet cõtrarium. Firma. uer. isto.

Appellationi præsumitur renuntiasse, qui in termino nõ recipit apostolos. Car. in clem. 2. §. 1. in fi. de appel. & in 3. q.

Appellatio tollit præsumptionẽ sententiæ. Firma. in reperto.

Arbor præsumitur extendere radices per 15. pedes l. 1. & ibi Bar. C. de aquæductu. lib. 11.

Argumenta dicuntur perspicuę præsumptiones. Inno. in c. cũ in diocesi, in glo. uersi. argu. de vsu. & Bal. in Margarita uerbo argumentum.

Armatus præsumitur habere malum animum, nisi ea portet ligata. Firma. isto uersi.

Auctoritas præsumitur de substantia. Bald. l. fi. §. necessita. 7. col. uer. item auctoritas, C. de bonis

bonis quę liber.

Augmentum dotis pręsumitur in fraudem factum, quãdo creditores sunt marito non aliàs. Firman. uer. augmen. dotis.

Quoties unus & idem actus potest sapere alienationẽ, & non alienationem nunquam pręsumitur Alienatio. Bal. in consil. 116. nu. 3. in 1. colum.

Antiquitas temporis inducit pręsumptionem, ꝙ omnia requisita verè interuenerint, & omnis defectus solemnitatis purgatur propter temporis antiquitatem. Parisius consil. 104. nu. 45. & seq. in 1. vol.

Actus frustatorius non præsumitur fieri. Parisius cons. 113. nu. 37. in j. vol.

Actum quis approbare non præsumitur, quando non recipit, nec admittit solemnitatẽ sub qua actus traditur, ut dicit Lucas de Pen. in l. 1. C. de quęst. libro 12. de quo sic Parisius consi. 19. nu. 144. in 2. vol.

Alienatio in dubio præsumitur potius necessaria & legitima quàm voluntaria. Soci. consil. 16. nu. 16. in 3. vol.

Actus reiteratus præsumitur deliberatio, & quidem plena. Parisius in consi. 61. num. 35. in 2. volum.

Adulterium lex præsumit, dum solus cum sola reperitur c. literis c. tertio loco, de proba. c. præterea, de testibus. Bald. in l. fin. C. de probatio.

Actum quis faciens publicè & palam non præsumitur dolo facere. Parisius in consi. 171. n. 16. in 4. vol.

Alienatio facta de re ecclesię seruata forma rescripti summi Pontificis in dubio præsumitur facta in utilitatem ecclesiæ. Parisius consi. 24. num. 5. in 4. uol. uide omnino totum consilium, ubi quando alienatio rei ecclesię dicatur facta in vtilitatem ecclesiæ.

Aduocatus, qui facit pactum de quota litis præsumitur, quòd propter hoc malam causam etiam defendit. Alberic. in l. si quis aduocatorũ. C. de postulãdo. & de pacto de quota lite Bart. & alii, & Castr. pulcherrimè in l. sumptus. ff. de pactis. & uide in summa Angelica. uer. aduocatus.

Actus gestus à persona prouida & honesta præsumitur iustus & factus in casu possibili. Parisius consi. 41. nu. 12. in 4. Tollitur autem pręsumptio ista ex factis contrariis, ut ibi per eũ nume. 13.

Annuli immissio facta à præsente pręsenti inducit præsumptionem matrimonii, quando ꝓcessit aliquis tractatus, aliàs secus. Parisius consi. 55. nu. 44. in 4. uolum. quando autem nõ præcederet tractatus, tunc nulla inducit pręsumptio, sed solum

lum

lum prçsumitur facta quedam donatio, quæ non potest dici subarratio. ex qua non potest induci probatio contracti matrimonii, vt ibi dicit Parisius latissimè & in consil.60.nu.48. eo.vol. & ibi quando præsumatur pro matrimonio.

Appellatum prius præsumitur, si eodem die appellatur, & obtinetur commissio. Parisius consi.106.nu.17.in 4 uol.

Actus multiplicitas non præsumitur nisi probetur c. cum Ioannes heremita, vbi Moderni. de fide instrumen. Parisius cõsi.36.nu.21.in 4.

Adulterium coniecturis & præsumptionibus probari potest. Parisius consi.137.ad fin. in 4. vol.nu.29.

Auxiliũ quis p̃stitisse, uel p̃stare maleficio non p̃sumitur in dubio. vide omnino Parisium in consi.152.in 4.volu.& consilio 164.nu.12.eo.uol.& ibi per discursum, ubi quando prçsumatur, quis astitisse ut auxiliaret etiam maleficio. uide omnino.

Alimenta præstita per maritum uxori, sequuta eius morte remissa & donata ipsi præsumuntur. Chacheranus decisio. Pedemonta.132.nu.2.& seq.

Actus præsumitur in præteritũ, & se refert ad præteritum sui natura si habet dependentiam à veteri præsumpto, aut nõ infertur in præterito, & tunc nõ præsumitur de præterito. Bal. in repeti.l.Barbarius, col. ante pe. in ult. lectura. ff. de officio prætoris.

Accusans de facto alieno excusatur à præsumpta falsitate ratione publicæ famæ, vel ex eo, ꝙ audiuit à personis fide dignis, & honestis. Bal. in l. Athletas. §. Calumniator. ff. de iis, qui no. infamia.

Actum non præsumitur, ꝙ competat exceptio loco cuiusdam pçnæ. Bal. in l. si de meis. col. 2. ff de arb.

Apothecam habens in loco non p̃sumitur statim discessurus. Bal. in l. hçres, col. 1. ff de iudiciis in addi.

Amicus. Melius de amico præsumitur. Bal. in l. si procura. 3. colum. ff. de condi. indebiti.

Alienatio omnium, vel quasi omnium bonorum p̃sumitur fraudulenta quando tractatur de prçiudicio tertij. Bal. in l. sicut §. superuacuum. ff. quibus modis pig. uel hypo. sol.

Aditio filij præsumitur ex longa patientia patris. Nam si pater patitur filium hæredita ẽ possidere, ex longa patientia præsumitur, ꝙ filius adiuit iussu patris. & sic prçsumitur quasi contractus. qui celebratur in aditione. Bal. in l. si certis annis. nu. 12. C. de pactis.

Animus prçsumitur ex actibus

nam facto datur uoluntas intelligi. Bal. probat. in l. si aquã. C de serui. & aqua, nu. 14.

Amicus. Sicut in fauoribus præsumitur ꝓ amico, ita in odijs contra eum præsumitur q. offendit. Bal. in l hac consultissima. col. 2 nu 5. C. qui testa. facere possunt.

Actor impetrans rescriptum, & non probans præsumitur calũniari, & fortior est ista pręsumptio quàm si expediretur coram ordinario. Bald. in l. non ignorat. nu. 2. C. de fruc. & lit. expensis.

Actus in dubio præsumi debet potius cõtinuatus quàm aliàs de nouo factus. Crauet. in cõs. 223. nu. 3. in 2.

Actum, quod in actis scriptum non reperitur, præsumitur nõ actũ. plura Herculanus in suo de Negatiu. nu. 176. & nu. 187. & seq. ubi ex actis processus ꝓsumitur inesse.

Amicus non præsumitur, qui nimis lędit in arbitrando. Cepola consi. ciuili 34. nu. 5.

Amissio pręsumitur simulata, si postea possidere reperiatur. l. si nulla, ubi Saly. C. de pigno. ac. Bertachi in uer. Amissio. in fi. in reperto.

Actus, quãdo apparet factus sub duplici forma, præsumitur reiteratus. Gramma. consi. ciuili 65 num 7.

Angarias soluens, uel collectas præsumitur semper ex timore potius quàm ex debito soluere. plura Grammati. consi. ciuili 98. n. 17. & consi. 147. Nec potest Princeps vasallus onera & collectas insuetas pònere aliter. & c. ut ibi.

Antiquitas habet pręsumptionẽ plurifariam. Grammat. consil. ciuili 15. nu. 7.

Actus pręsumitur factus à furioso tempore, quo non erat furiosus. Grammati. consi. ciuili 129. nu. 22.

Alimenta pręterita filia petere non potest, quę fuit à matre alimentata, quia pręsumitur, ꝙ mater ei donauerit. etiam ꝙ protestata fuerit aliter. Grammaticus consi. ciuili 146. n. 16. & hoc procedit, si dicta alimẽta sibi non fuerint relicta, ubi tamen fuissent legata, secus est vt ibi per eum.

Animus & uoluntas factis datur intelligi, quia talis pręsumitur animus, qualia sunt facta. Grãmaticus consil. ciuili 150. numero 24.

Animus defuncti non præsumitur corruptus, nec corrumpi potest, secundum articulum. Grammaticus consi. ciuili 158 num. 1.

Amicum interficiens, præsumitur homicidium casuale, quia pręsumitur bene pro amico. plura Io. de Amicis consil. 86. nu. 14. & seq.

Actum

Actum quid prçsumitur ex causa magis principali in dubio, in iudicanda causa actus, qui ex plurib. causis fieri potuit. Crauetta consi.202.nu.13.

Annua præstatio prçsumitur facta ex causa donationis, licet causa præcedens solum probetur relatiuè, aut enumeratiuè. Crauetta consi.226.nu.3.

Absens non presumitur clericus nec ius dicens, uel officialis, qui tenetur residere in loco. Crauetta consi.240.numero 3. in tertio.

Allegare debet illud, quod lex præsumit, etiam, quòd esset notorium. & ista est communis opinio. Crauetta consi. 258.nume.23.in 2.vbi bene.

Animus p̄sumitur ex actuū qualitate. Crauetta consi.261.n.3. in secundo.

Actus prçsumitur prçcesisse, ut valeat, qui in ordine literæ posterius reperitur. puta, si in instrumento dicitur, quòd pater donauit filio, & quòd eum emancipauit, nam prçsumitur prius facta emancipatio, vt ualeat donatio. Crauetta in consi.278.nu.2. uers. Septimo ubi res dubia esset. uol.2.

Alienasse rem liberam quis præsumitur, ubi etiam liberā expresè non uendidisset. l. ex his prçdiis, ubi gloss. C. de euictio. Crauetta in consil.298. versic. Etenim nemo dixerit.

Actus prçsumitur factus ab eo, qui illum tenebatur facere. l. cum seruus. cum ibi not. ff. de uerb. oblig.

Animus occidendi etiam in armato quandoque non præsumitur. Crauetta in consil. 309. nu.6. in uers. secundo etiam in armato. in 2.uol.

Aditio hereditatis non prçsumitur, nisi probetur, quia est q̄d facti. Crauetta in consi.312.nu. 3.col.3.ad fi.in 2.uol.

Arma portans prçsumitur habere malum animum. Crauetta in consi.314.nu.3.

Præsumptio sumitur ex his, quæ apparent, non ex his, quç non apparent. Ideo possessio prçsumitur subsecuta ex titulo, de quo apparet. Et ea quç non apparent non prçsumuntur, sed rebus sic se habentibus iudicare est. Crauetta consi. 319. nume.13.uersic. Decimonono in 2.uolum.

Absens prçsumit̄ ignorare. Crauetta consi.319.in resolutione dubiorum positorum post consilia col.1.in fi.

Animus & atrocitas maleficij p̄sumitur ex genere armorum. Merenda inter consilia commun. diuersorum 90. num. 15. Tomo 2.

Absens à Ciuitate p̄sumit̄ ignorare edictum, siue proclama, & ideo non incurrit in pœnā, Roma. consil.59. decisio. Pede-

demont.71 per totum. vbi de proclamate, quòd frumentum portetur ad Ciuitatem &c. & Roma d.consi.59. quòd Forensis existens extra ciuitatem aut eius Comitatú reuerti debeat. & quæ duo proclamata facta fuere Ferr.anno.1571.

Anuli subar atio inducit pręsumptionem matrimonii. Natta cons.250.nu.7. in 2.

Aditio hęreditatis pręsumitur facta per patrem de consensu filii infantis, & omnia solenniter esse acta. & maxime, quando pater tenuit dotem maternam per decennium post mortem matris infantis. Natta cōsi.74.nu.11.

B

Bona fides pręsumitur. l. fin. C.unde ui.

Bonus pręsumitur, qui uirtutib. se ingerit. Ioan. de Grassis in summario.c.ex studiis.de pręsumpti. Rodulphus in trac. de usuris, num.4. Fallit, quando agitur de pręiudicio tertii. Gozadi.in consi.66 nu.7.

Consensus semper præsumitur de substantia actus, non consilium. Firman. ubi supra.

Consensus præsumitur præcessisse in præterito ex futuro, nisi medio tempore præsumatur tacita repudiatio, vel dissensus, uel sit alteri ius quæsitum. Bal. in l. prima. colum. 14. uer. sed quid si pater. C. qui admitti. & an præsumatur consensus. Alexand. post Bartol. in l. actor. rem ratam ha. & Feder. de Sen. con. 208.

Con-

Contractus præsumitur iustus. l. soleo,& ibi Doctor. C. de usur. & Bal. in l. si ea pactione. C. eo. titulo.

Contractus correspectiuus quãdoque præsumitur unus ad alium incontinenti appositus. Firman in repertor. uer. contractus, pagi. 210. facia 2. col. prima.

Contractus præsumitur tacito cõsensu partium dissolui, quãdo hinc inde pacta non seruantur. Cast. consi. 72. Firman. ubi supra.

Contractus in dubio præsumitur uerus,& non simulatus. Firma. isto ver.

Contractus præsumitur simulatus, si notarius in instrumento uẽditionis dicat, quòd Titius uerè uendidit fundum Caio,& non simulatè. Firm. ubi supra. itẽ præsumitur simulatus primo, si ante uel tempore contractus fuit dictum, quòd esset pignus, licet fieret uenditio. Firma. ibi. item præsumitur simulatus, si ante contractũ uenditionis præcessit tractatus de mutuo, ut fieret uenditio, postea cum pacto de reuendendo ad certum tempus. Firma. ibi. item præsumitur simulatus, si patet, quòd quis primo quæsiuit mutuum super certa re,& postea eam uendidit. Fir. ibi. item præsumitur simulatus, quando actum fuit, quòd emptor cogeretur locare uenditori rem uenditam & aliter non uenderet. item præsumitur contractus simulatus, si cõtinet læsionem circa precium. item præsumitur simulatus, quando est læsio in locatione circa pensionem. Firman. vbi supra. item præsumitur simulatus, quando est læsio in precio cum pacto de reuendẽdo. Firman. ibi. item præsumitur simulatus, si creditor mutuans recipiat aliquid ultra sortem. item contractus simulatus præsumitur, quando in pacto de retrouendendo est læsio aliqua in aliqua expensa, quę spectaret ad emptorem,& redundaret contra uenditorem eundemque conductorem. item præsumitur simulatus, quando res pro parte uẽditur, pro parte donatur sine causa donationis iusta. item pręsumitur simulatus ex pactis & clausulis insolitis. item pręsumitur simulatus, quando pro domo vendita locata venditori pręstatur pensio in frumento, uel oleo, & simili. Item contractus præsumitur simulatus, quando emptor locans noluit contractum uenditionis posse dissolui, nisi usq; ad certum tẽpus. Item contractus præsumitur simulatus, quando fuit dictum, quòd emptor teneretur retrouendere uẽditori vsque

que ad certum tempus. Item contractus præsumitur simulatus. quando uenditur fundus, & ibidem locatur uẽditori in perpetuum & simpliciter apponitur pactum de retrouendendo usque ad certum tempus. Firma. ubi supra. Item cõtractus præsumitur simulatus quando conuenit à principio, quòd quandocũque venditor restitueret pecuniam, emptor teneretur restituere rem. Item contractus præsumitur simulatus, quando pacta claudicãt. Item præsumitur simulatus, quando dixit uẽditor se indigere. Item præsumitur simulatus quando uenditor noluit recipere uerum precium, sed partem tantum, de qua dixit se indigere. Item contractus præsumitur simulatus, quando uenditor noluit uendere libere ꝓ uero precio & iusto, sed pro minori, cum pacto de reuendendo. Item simulatus præsumitur, quando res uendita locatur uenditori pro parua pẽsione. Item præsumitur simulatus, quando res uenditur pro minori precio cum pacto de reuendendo pro eodem precio. Item præsumitur simulatus, quando emptor non curat rem uidere, quam emit cũ pacto de reuendendo. Item contractus præsumitur simulatus & fraudulentus, quando quis uendit rem suam. Item pręsumitur simulatus, quando uẽditio cum pacto de reuendendo fit clam & occultè. Itẽ quãdo celebratur in loco, in quo consueuit fieri fraus. Item præsumitur simulatus ex consuetudine contrahentium. qui cõsueuerunt tales facere. Itẽ quãdo continet pœnam adiectam dationi quantitatis, & est celebratus à solito fęnerari. Item quando cõtractus celebratur ab usurario. Item quando paruum precium interuenit. Item quando uenditor remansit in possessione rei uenditæ. Item quando titulus est in persona vnius, & traditio in persona alterius. Item quando uenditio modico tempore durauit. Itẽ quando partes incidunt instrumentum & recedunt à contractu. Item ex affinitate, si caussa alia accedat. Item quando obligatur uxor pro uiro, & nõ uiri, quia ponitur in instrumẽto nomen uxoris pro nomine uiri, & negocium pertinet ad uirum. Item quando post uenditionem precium clam restituitur. s. in cessione. Item ex nimiis cautelis. Item non iuratus præsumitur simulatus cõtractus. Item quando alter emit pro altero. Item probatur per coniecturas à tertio, qui ex eo lęditur non à contrahente. Item pręsumitur simulatus

ex

ex pacto de reuendendo, etiã si emptor lucratur fructus medij temporis ante moram. uide supra dicta omnia per Firma.uer.Contractus simulatus per totum. Et ubi abundantior cautela ibi euidentior fraus: uide omnino Mo. Par. consi.31.nu.16.

Cõtractus usurarius præsumitur ex infrascriptis, de quibus Firmanus in repertorio, uer.contractus usurarius. Si contrahens sit solitus fenerari, & res sit uendita pro minori precio. Item ex nimiis cautelis. Item ex preordinatis. Item quando uenditur res consistens pondere, numero, uel mẽsura plus quam ualeat ad tempus, secus si uendatur fundus, uel domus & emptor fructat fundum, uel domũ. Item uenditio fructuũ in herba.i.ante tempus pro uili precio. Item ex consuetudine contrahentis & ex aperta contractus iniquitate, & ex p̃ordinatione partium. Item ex quantitate fructuum immoderata respectu precii. Item ex pactis insolitis.

Contractus tamẽ præsumitur iustus & non usurarius l.olco.ubi Dec.& Bal. C.de usur.& l.si ea. coditir.

Contractus in fraudem præsumitur, quando prohibitus contrahere contrahit, & alter cum ea obligatur tanquam principalis, si utilitas, uel pecunia erat peruentura ad prohibitum cõtrahere l.sed & Iulia. in princ. cum §.1.ad Macedo. l. quamuis.§.si cum esset.alias.l.nõ putet.§. si cum esset.ad Velleian. glo.in l.contra.ff. de legi. Alexander consilio 53.in quarta parte.

Contractus fisci semper præsumitur posterior ad alios contractus priuatorum, etiam eadẽ die celebratos. Bar.l.non puto. ff.de iure fisci.

Contraxisse non præsumitur, qui statim contradixit c.ad id, qđ de sponsa.3.q.1.constat 12.q.2.de nup. Alex.de Neuo in consil in hac causa.in fin. quod est ante consiliũ 45. Alex.de Imo. in quarto.

Copia peritorum præsumitur esse in loco insigni. Bart.in l.bonorum.ff.de bono. poss. & Bal. in l.iuris q.1.C.qui admitti, dicit esse locum insignẽ, in quo est causarum strepitus, & merum & mistum imperium, etiã si sit Castrum. & non Ciuitas. Firma.uers.Copia peritorum.

Copula carnalis in dubio præsumitur interuenisse. Bal. in l.siue possidetis. 2. col.in fi. uersi. deinde restat uidere. C.de proba. per c.ex literis.de præsumptio.& copula carnalis per uiolentam præsumptionem probatur. Firma. in reperto.uers. Copula carnalis.

Creditor

Creditor præsumitur habere fidem de precio. Ioa. de Prato. post Bar.& Doct.in l.3.ff.de pigno.ac.Firma.in repert.

Creditor præsumitur fecisse expẽsas equo sibi pignorato,& potest eas repetere.Firma, uersi. creditor pagi.227.col. 1.circa principium.

Culpa præsumitur, nisi abesse ꝓbetur ex qualitate facti.l.si qs fundũ.§.Imperator. & ibi Bar. ff.loca.Firma.in reperto.

Culpa in incendio non præsumitur contra habitantem cõsuetum esse uigilem, si alia indicia non appareant contra eũ. secundum Ange.& Alexandrũ in l.si quis §.fina. ff.de eden. & culpa in incendio præsumpta est leuissima. Firmanus in reperto.uer.culpa in incendio.

Custodiæ causa præsumitur si alia non præcedit. Bald. & Alexan.in l.Labeo.ff. de pactis.

Custos præsumitur in culpa, nisi probet casum.Firma. uer.Custos præsumitur.

Contractus usurarius quomodo præsumatur & quomodo præsumatur usurarius. & simulatus cõtractus. Suspicio ex quo caufetur, & fraus unde præsumatur.Ancha consil.257. uide omnino.& no.ꝙ in dubio præsumitur potius contractus usurarius,quàm non usurarius.D. meus Alciat. in consi.3.ad fin. lib.1.Tomo j.

Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti, & quare, ponit Alcia.consi.6.nu. 12. in j.

Copula præsumitur potius sequuta,ut confirmaretur matrimonium,quàm aliter. Alcia.consi. 13 nu.23 in 1.

Consensus præsumptus,seu confessio testatoris ligat hæredes l.si superatus. ff. de pigno. l. si mater §. fi. ubi Bar.ff de exce. rei iudica.& quod no.in l.cum quis.§.codicillis.ff de leg. 3.Alciat.consi. 53.ad fi.

Censum potius quàm canonem in dubio præsumimus. Alciat. consi.107.nu.4.lib.5.

Citatio præsumitur ex lapsu temporis decennalis, cum de contradictione appareat. Alciat. consi.12.num.1. lib.6.

Causam scire præsumitur, eo ipso, quòd quis aliquid facit l.1. C. si certum petat. Philippus Francus inter consi. ciuilia cõgesta per Zilettum consi. 116. num.18 in 1.vol.

Clericus amplectens mulierem præsumitur, quòd illud faciat uirtutis amore,& alicuius bonis causa. & ut ipsi benedictionẽ impartiatur, aut ut ipsam ad resipiscentiam per osculũ uirtutis adhortetur c. absit 2. quæstio. 1.& in cap.in scripturis 99 distinct.sed hæc quidem leuis & temeraria ac calua præsumptio. Iodocus in praxi.ciuili cap. 178.vbi de probatione

ne per præsumptionem agit. nume. 8.

Cancellato chyrographo, aut transcriptione uitiato presumitur debitor liberatus. l. si chyrographum. ff. de probat. & ista dicitur uiolenta iuris p̃sumptio. Iodocus in practi. cili. c. 178. nu. 13.

Confessio iudicialis p̃sumitur, ꝙ facta fuerit absente parte. decisio Tholosan. quęstio. 351. & in addi. ibi.

Contumax p̃sumptus à die sciẽtiæ intra decem dies appellãs auditur, uerus autem contumax minime. Rota decis. 364. nu. 2. in nouis.

Præsumptio non habet locum ꝓ ueritate causa rerum in appellatione extraiudiciali expressarum, sed probandę sunt. Rota decisio. 344. nu. 3. in nouis.

Consuetum illud quod fieri est consuetum præsumitur. Afflictus decisio. Neapoli. 58. numero 7.

Causa iusta in reo non præsumitur. regu. cri. 81. nu. 1.

Præsumitur conscius, se se examinans. Regu. crimi. 70. nu. 1.

Culpa præsumitur in foro conscientiæ, sed non in foro contentioso. Regula crim. 69. nume. 1. & 4.

Collecta pręsumitur præstari potius ex timore quàm ex debito. Alcia. consi. 19. nu. 15. lib. 5. allegat Lucam de Penna ita dicentem, in l. hac lege. C. de aqueductu, lib. 11. & sic habet initium uiolentum præsumptum.

Concessio præsumitur ex patiẽtia longi temporis. Alcia. cons. 22. n. 15. lib. 1.

Quælibet leuis præsumptio sufficit ad incipiendũ processum, & ad deueniendum ad capturam l. 2. C. de exhiben. reis. uide omnino Alciat. in consi. 15. nu. 13. lib. 7. ubi plenè.

Cognitio testamenti in suis non præsumitur. Alcia. consi. 62. nume. 9. lib. 8.

Iura disponentia ex præsumptionibus non obseruantur in foro conscientiæ. Alcia. cons. 53. nu. 8. lib. ult.

Consilium animi non habere p̃sumitur quilibet laborans in extremis. Fabia. de Monte in consi. suo inter cons. diuersorũ per Ziletum consil. 49. nu. 55. in j. uol.

Conclusio in causa præsumitur esse facta intra tempora. Asinius in praxi indicia. §. 23. cap. 14.

Consanguinei præsumuntur scire facta consanguineorum. & coniunctorum. ut dicit Isernia de feudis. titul. de natura success. feudo. circa fi. Iodocus de præsump. nu. 28.

Consentire præsumitur mulier & filia, quæ nupta est contra uoluntatem suam, quando ip-

psa viro permisit se cognosci, & cum ipso familiam alere incipit. Iodocus in pract. ciuili, nu. 40. & ista est prçsumptio iuris & de iure secundum ipsum ibidem.

Clericus præsumitur fornicator & concubinarius, quando mulierem suspectam in sua continet domo. quia ex cohabitatione personarum suspectarũ carnale commercium suspicatur c. literis de prçsump.

Condemnatio sequi nõ debet in criminalibus ex solis præsumptionibus, licet urgentissimis, nisi reus fuerit sponte cõfessus, uel legitimè conuictus uel probationes luce clariores. l. fina. ubi Doct. C. de proba. l. qui sententia. C. de pœnis l. qui accusare. C. de edend. l. 1. C. de confessis. l. absentem. de pœnis. capit. nos in quantum. & c. multi 2. q. 1. Areti. cons. 66. in prin. uol. 1. Item in criminali, etiam uiolenta præsumptio quæ in ciuili uim habet plenæ probationis, non sufficit ad cõdemnandum c. afferte. & cap. quia uerisimile, de præsump. l. fi. cum ibi no. C. de proba. Alexan. consi. 15. uiso processu, in 3. fundamento vol. 1.

Causa quælibet etiam iniusta, & fatua, uel credulitatis excusat à dolo, & eius pęna. Tamen illa fatua, uel iniusta causa nunquam in delinquente præsumitur, nisi uehementibus coniecturis, & præsumptionibus cõprobetur, uide Gribaldum in suis regulis criminalibus post communes opiniones pag. 164 licet quælibet.

Coniuncti cum quid conferũt cõiunctis præsumitur fieri ex naturali affectu, magis quàm ob aliam causam secũdum Bal. in auth. ex test. col. 3. C. de collat.

Census, vel redditus consuetus præstari canonicis, uel alicui ecclesiæ p̄sumitur perpetuus, & non temporalis, vt in dubio nec temporalis quidem præsumatur, hoc est obligatiuus ad aliquid tempus in futurum. Mod. Par. consi. 9. nu. 18.

Cessio in dubio non præsumitur. idem consi. 27. nu. 21.

Clericum præsumptiuè probãt testes, si dicunt, ꝙ uiderunt eũ publicè in habitu & tonsura. secus si non adiiciant publicè. uide Petrum Rauenna. in dictis suis notabilibus post Alphabe. fol. . . . & est dictũ Bal. in c. cum causam. de testibus.

Culpa non prçsumitur, ubi actus potest esse separatus à culpa. Ruinus consi. 93. nume. 7. in 5. uolum.

Consanguinei præsumuntur scire facta sui consanguinei de iure sanguinis, & naturæ, non autem de factis extrinsecis. Cępola consi. 47. nu. 5. Ruin. consilio 174. nu. 2. in 1. Cast. in consilio

silio 183.nume.2.in 2.vol. Alexand.in consil. 71.nume. 8.in primo vol.

Causa in Principe præsumitur, & hoc est speciale in Principe. Cępola in consil.66.nu. 12.ubi de legitimatione.

Conceptio certo tempore præsumpta supponit iustum initium & possibile secundũ naturam.& si non præsumeretur illud præsumeretur maleficiũ uel fornicarius coitus,& tunc illud præsumitur,quod iustum initium dat conceptioni. Bal. consi.390.in 2.nu.1.

Commissio iudicis non præsumitur.Bal.consil.374.in fine in 4.uolum.

Contractus uenditionis ex quibus coniecturis præsumatur pignoratitius & sic factus in fraudem usurarum.Bal.consil. 311.in 5.vol. & idem Bal. in cõsi 361.eo.uol.Cast. consil.322. in secundo.

Camera apostolica semper præsumitur idonea, & soluendo. Cast.consi.106.nu.2. in 1. & ibi quæ sit camera apostolica.

Confessio mariti de dote recepta, si de numeratione aliter non cõstet, præsumitur in fraudem donationis prohibitæ inter uirum & uxorem, & tale instrumentum non meretur executionem de iure communi. Cast.consi.86.in 2.

Causa præsumitur in Principe. Alex.consi.2. in 1.nume.61.& 62.& in Papa causa iusta præsumitur.Alex.in cons. 224.n.7. in 6. vol.

Concessio in dubio præsumitur facta secundum consuetudinẽ concedentis.Alex. consil. 107. nume.3.

Coniunctus non præsumitur scire qualiter coniunctus suum testamentum fecerit.Alex.cõsi.121.nu.8.

Curatoris iudicialis datio an habeat pro se præsumptionem. Alex.consil.86 nu. 9. in secundo, & an præsumatur,ꝙ is cui datur sit minor. ibi.

Calumnia pręsumpta cessat; in iudice.Alex.consi.77 num. 15. & sinistra suspitio ibidem uolum.3.

Copula carnalis esse præsumitur quando uisus est quis nudus cum nuda in eodem loco iacere in loco suspecto, & alia, ut per Alexan.consi.156.n. 18. in 4.uol.

Conpensandi animum ubi aliàs ius præsumit.Fallit, ubi relinquitur aliquid ex causa expressa, uel diuersa.Alex.in cons. 7. nu.18.uol.6.

Coniunctus tanquam magis dilectus ad hæreditatem uocari præsumitur.Alex.in cons.158. nu.11.in 6.

Consobrinus præsumitur habere tantam charitatem ad filiũ consobrini, quantam ad con-

sobrinum. Alexan. consil.204. num.14. in 6.vol.

Clericus non præsumitur immemor salutis æternæ, uel rector. Alexan.in consil. 116.nume.4. in 7.vol.

Coniunctus præsumitur habere notitiam iuris coniunctorum. Decius consi.29 nu.8.

Consilium alicuius collegij habet maiorem præsumptioné, quàm unius Doctoris particularis.Dec.consi.615. num.4.

Citatio habet pro se pręsumptionem.Socin.in consi.158. num. 11.in 2.

Causa an præsumatur in principe, quòd sit iusta, uide omnino Socin.consi.164. nume.10. in 2.& in consi.273. num.11. in secundo.

Clausula non obstante, & clausula de plenitudine potestatis inducit pręsumptioné, quòd princeps uoluerit ius quomodocunque alteri acquisitum auferre, quando est processum cum causæ cognitione, quo casu præsumitur pro ueritate cócessionis propter clausulam ex certa scientia, aliàs secus, & operatur in his, de quibus princeps habet cognitionem, aliàs secus. Socin. consil. 164. num.7. uide omnino ibi. in 2. vol. vbi bene.

Ciues præsumuntur habere uoluntatem conformem dispositioni statutorum. Socin.consi. 35.num.6.in 2.

Consensus præsumitur ex scientia & patiétia longi temporis, in his, quæ sunt parui præiudicij. Socin.consi.61.num.6.in 3. uolum.

Causæ cognitio præsumitur interuenisse in sententia, quando iudex ritè & rectè processit. Soci consi.46.num.49.in 4. uolum.

Consanguineus an pręsumatur scire ea, quæ cósistunt in facto suorum consanguineorum. Corn.consi.147.litera M,& sequen.in 2.

Culpa non pręsumitur, nisi probetur. Corn.consi.194.in prin. volum.2.

Cardinalis emens aliqua bona, an pręsumatur emere ex pecuniis propriis acquisitis ex officiis, an ex pecuniis beneficiorum, & an possint donari. Corneus consi.79.literà H,in 4.

Contra onera collectarum in dubio pręsumitur. Corneus in cósil.194.litera H,in 4.

Consensus pręsumitur ex tempore. Ias.in consi.89. num. 6. in 1. uol. Rimin.consi.409. num. 10. in 3.vol.

Causa præsumitur in principis rescripto, quando motu proprio conceditur. Ias. in consil. 105.num.4 in 1.Gozad. consil. 5.num.19.24.& 27. etiam contra subditos, siue legitimet, siue dispenset, idem consi.6. nu. 34.se-

le

le derogare iuri tertij, si de illo non sit facta mentio. Ruin. 93.num.9.in 4.

Concessio facta, in qua Princeps uenit contra factum propriũ, uel prędecessoris sui, pręsumitur obtenta per importunitatem. Ruin.in consi.98.num.22. in quarto.

Consensus pręsumptus ex temporis diuturnitate uerus & expressus consensus non dicitur, nisi etiam scientia interuenerit, cum diuturna patientia. Ruin.consil.111.num.4. in 4.

Causa rationabilis in Papa pręsumitur. Ruinus in consil. 156. num.9.in 4.

Contractus pręsumitur in dubio uerus, & non fictus, nec usurarius. Parisius consi.54.num.1.et talis pręsumitur contractus, qualis apparet ex facie instrumenti, ibi.num.2. in 1.volu.

Clausulę appositę in instrumento simulato simulatę pręsumũtur. Parisius in consil.54.num. 34.& num.40.in 1.

Clausulę appositę in executione præsumũtur appositæ accessoriè, & ad executionem, etiam iuratæ. Parisius consil.54.num. 37.& ibi de pluribus clausulis.

Conclusio in causa præsumitur in dubio facta intra tempus. Parisius in consi.115.num.1.in primo.

Causa non præsumitur in legitimatione facta à Comite Palatino, nam illa debet exprimi, & debet esse specialis, rationabilis, & consonans iuri. Paris. in consi.6.num.37.in 1.uolum.

Non est præsumendum contrahentes uoluisse auferre liberũ arbitrium testandi & disponẽdi, & illud restringere. Parisius consil.12.num.33.in 3.uol. uide omnino pro fratre.

Contrahere quis præsumitur in dubio nomine proprio. Parisius consi. 107. nu.2. in 3.

Correctio iuris communis non præsumitur facta in casu non expresso. Parisi.consi.2.nu.72. in 4.uolum.

Censuarius in dubio præsumitur tenens & possidens rem alterius, & pro ea soluens uniformem annuam pensionem, magis quàm liuellarius, seu emphyteuta. Parisius cons. 24. nu. 10.in 4.

Corrigere non præsumitur quis seipsum uelle incontinenti. Parisius consilio.27. nume.47. in 4.vol.

Coitus probatur ex præsumptionibus. Parisius consi.57.nume. 34.in 4.volum.

Clericus præsumitur ignorare statuta laicorum. Socin. iun.in consil. 1. nume.14.in 2.volum.

Confessio spontanea in iudicio præsumitur uera. Socin. iun.in consi.39.num.18.in 2.

Causa in principe præsumitur, quando ipse particulariter, & in

in ſpecie diſponit contra ius gentium. item quando uerisſimilis imaginari poteſt. Socin. iun. in conſi. 65. num. 7. & ſeq.

Ceſsio præſumitur ſimulata, ſi ſit facta partim ex cauſa uenditionis & partim ex cauſa donationis. Socin. iu. in conſi. 97. nu. 71. in 2. vol.

Coniunctus prȩſumitur ſcire factum coniuncti ſucceſsiuum. Socin. iun. in conſi. 172. num. 6. in 2. uolum.

Conſilium præſumitur fuiſſe datum ei, ut aliquem interficiat, ſi incontinenti, ꝙ loquutus eſt ei, committat homicidiū. Mar. conſi. 30. num. 15.

Confeſsio prȩſumitur erronea ꝓbata perſuaſione aduerſarij. Marſil. conſil. 32. num. 27.

Conſenſus non præſumitur in actu præiudiciali, ſed potius diſſenſus. Marſil. in conſil. 51. num. 38.

Præſumendum non eſt, quòd qs communiter delictum per ipſum committendum, cum aliquo, niſi ſit ſibi intimus & fidelisſimus amicus. Marſil. conſil. 74. num. 15.

Clauſula puniens aliquem prȩſumentem, non ligat hominem ſimplicem contrauenientem. Marſil. conſi. 77. num. 14.

Carceribus ſponte ſe reducens præſumitur innocens. Marſil. conſi. 117. num. 49.

Creditor inſtare prȩſumitur, ubi decretum interpoſitum creditur. Imola conſi. 98. nu. 10.

Cauſa iuſta non præſumitur in principe in his, in quibus ſine cauſa quid facere non poteſt. Crauet. conſi. 5. num. 5. in 1.

Culpa in dubio non præſumitur. immo ad uitandum culpȩ præſumptionem ꝑſumitur quisfeciſſe, qđ alius uerisſimiliter faceret, & probari debet culpa certa & clara. Crauetta conſi. 8. nume. 20. in 1. vide omnino, ubi de culpa plura, & quando uenit punienda culpa.

Coniunctus non præſumitur uoluiſſe coniuncto iniuriari, nec ſubditus principi, aut domino. Crauetta conſil. 9. num. 26. in primo.

Compenſandi animus non præſumitur in debitore ex cōtractu, uel quaſi. Crauetta in conſil. 86. num. 1. in 1. uol.

Clericatus eſt neceſſarius, ut qs beneficij ſit capax, nec ſufficit clericatus prȩſumptus. Crauetta in conſi. 134. & antiquitas non inducit prȩſumptionem pro actu, quando uerè ꝓbatur de contrario, nec clericatus præſumitur ex eo, quòd probetur de ordinibus maioribus. ibi. Crauetta diſertè ac luculenter, quæ ad clericatum ſpectant.

Cauſa iuſta non prȩſumitur in diſpenſante, quando conceditur ad importunitatem poſtulantium.

tium. Crauetta in consil. 135. num. 44. in 1 uol.

Culpa in dubio non præsumitur. Crauetta in consil. 151. nu. 18.

Contractus in dubio habet præsumptionem iuris pro se. Crauetta consi. 156. num. 1. in 1.

Carceratus si aufugiat præsumitur fugisse culpa custodis. Are. in consi. 38. nume. 1. ubi dicit etiam, quòd ferrum, uenenū & similia nō pręsumatur posse inferri in carcerem, nisi cum culpa & negligentia custodis.

Consensus pręsumitur etiam in actibus præiudicialibus concurrentibus scientia & patientia longa. Gratus respon. 9. nu. 15. in primo.

Conditio nunquam præsumitur, etsi sine ea actus non ualeret. Gratus consi. 15. nu. 40. & conditio, uel persona nunquā præsumuntur. ibi. nu. 39. in 1. uolu.

Confirmatio præsumitur potius facta secūdum naturam actus quàm secūdum accidens. Gratus respon. 62. nume. 2. in primo volum.

Causa illa præsumitur esse finalis, quæ respicit commodū promittentis. Gratus consi. 77. nu. 4. in 1. uolum.

Conditum in dubio præsumitur nomine proprio. Gratus resp. 90. nu. 19.

Contrahens præsumitur eius, cū quo contrahit, & rei de qua cōtrahitur, scire conditionem & qualitatem. Gratus consil. 91. num. 29. in 1. vol. & regula, qui cum alio contrahit. ff. de regu. iur. ad damnum contrahentis pręfertur pręsumptioni ignorantiæ. Gratus respon. 91. nu. 31. in 1. vol.

Cessio non pręsumitur, si de ea non constet in processu. Gratus respon. 127. nume. 5. in primo volu.

Correctio pręsumitur, ut superfluitas euitetur. Gratus resp. 21. nu. 6. in 2.

Causa ubi iusta præsumitur, si inefficax exprimatur, actus uitiatur. Gratus respon. 29. num. 65. in 2.

Consuetum præsumitur. Gratus respon. 95. num. 20. in 2. Rimi. consi. 529. num. 7. in 3.

Culpa officialis non pręsumitur, quando fuisset solitus esse diligens in suo officio. Gratus respon. 100 nu. 18. in 2. & per contrarium tollitur culpæ pręsumptio. ibi.

Clausula codicillaris præsumitur in testamento apposita de uoluntate testatoris, secundū communem opinionem. Gratus respon. 112. num. 25. & præsumitur & a lege inducitur in testamento inter liberos. ibi. num. 28. quāuis a notario non inscribatur, in 2. vol.

Causa pręsumitur in dubio per appositionem clausularum. Rim. cōsi. 68. nu. 19. in 1 vol.

Communicare nolle quis prę ſumendus Rimin.conſi.75.num. 7.in primo.

Conceſsio pręſumitur perpetua ex ſolutione tanti temporis, Rimin.conſi.100.num.9. & 25. in primo.

Cauſa allegata pręſumitur contra illum, qui decennium q́d ſoluit, quando non agitur de magno pręiudicio Rimi. conſ. 108. nume. 10.in 1.uol.

Cauſa,& ſi in principe pręſumatur, id tamen non procedit, ubicunque cauſę cognitio pręcedere debet,Rimi.conſi.113. nu.16. in 1.

Ciuis pręſumitur habere notitiam ac intelligentiam ſtatuti ciuitatis.Rim.cõſi.90. nu.8.

Cohabitans pręſumitur ſcire facta.Rimin.conſi.262. num.40. in 2.uolum.

Coniunctus pręſumitur ſcire facta coniuncti, Rim.conſil.300. num.79.

Conſen ſus cõſanguineorum requiſitus in contractu mulieris pręſumitur ex diuturnitate tẽporis interceſsiſſe.Rimin. conſil.343.num. 4.& 5.& 13. in ſecundo, & diuturnitas temporis capitur pro decennio, ibi. num.6.

Calumniæ præſumptio tollitur, quando quis offert incontinẽti probationem.Rimin.conſil. 404.nume.13.

Calumnię tollit pręſumptionem conſanguinitas, Bertrand in conſi.200.in 3.uolum. num.3. &ibi determinat,quòd neptis debet potius ali penes auiam, quàm patruum qui ambit.

Ceſsio præſumitur ſimulata, ſi precium eſt numeratum & in continenti reſtitutum. Rimin. conſi.407.num.8. in 3.

Cauſa pręſumitur in principe agente de plenitudine poteſtatis.Rimin.conſi.425. nume.13. & princeps pręſumitur agere de plenitudine poteſtatis ex clauſula motu proprio, ex certa ſcientia,& ſimilibus, ibi.nu. 19. & cauſa iuſta in dubio pręſumitur in principe maximè procedendo ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, adeò ut contrarium probari non poſsit.Rimi. in conſi.425. nu.45.in 3.vol.

Compromiſſum pręſumitur ex laudo antiquo.Riminal.conſil. 472.nu.15 in 3.uol.

Calumniari pręſumitur, qui non probauit.Rimin.conſi.492.nu. 20. in primo.

Commiſſum a conſanguineo in fauorem meum, me ſciente & conſentientę pręſumitur commiſſum. Rimi.conſi.494. num. 2.in 3.

Cõdemnari nullus debet ex pręſumptione,etiam uehementi. Ana.conſi.17.num.3.

Copula pręſumpta,non facit trãſire ſponſalia in matrimoniũ, quia

quia requiritur certa,& cōcludēs probatio.Ferretus in cōs. 63.nu.9.

Communio bonorum præsumitur inter fratres, nisi contrarium probetur. Ferretus in cōsi.120.nu.6.in j.vol.

Cessio bonorum causa donationis facta præsumitur simulata. Buttrius consi.21.nu. 1.

Contrahentes præsumuntur uelle,q̄ consuetudo uult. Cassan. consi.3.nu.12.

Conditio ex præsumptione legis grauem importat solemnitatem. Cassane. consilio 19.nume.21.

Castra sequuntur deditionē Ciuitatis.& est legis prçsumptio. Alcia.consi. 4.lib.7.nu.4.

Contractus,ubi fictus, uel simulatus prçsumitur, in specie id debet exprimi.Boerius consi. 11.nu.8.

Non prçsumitur quis bono consilio contempto, malum sibi & perniciosum proponere. Albanus in consi.49.nu.8.

Causa unica dispositionis extare in dubio non prçsumitur. Alba in consilio 74 nu.11.

Cessio prçsumitur fraudulenta,si interuenit pecunia, cum qua intendat emere litem. Specul. titu.de cessione actionis . numero. 10.uers.item etiam prçsumitur fraudulenta.

Consuetudo in dubio præsumitur, q̄ ex iusta causa processerit.Bald.in l.de quibus uersic. ex prædictis apparet. An possit præscribi.de legib.Bertran. consi.57.nume.13.in 3.volum. libro 1.

Contractus præsumitur emphyteuticus, si locatio est perpetua ,& pensio parua. Corsetus singu.uer. contractus.

Creditor præsumitur sciuisse debitorem sibi delegatum fuisse inopem,& ei imputandum est si eius conditionem non explorauit.Roland.à Valle de lucro dotis q.14.nu.9.& num 5. vide omnino.

Præsumptio pro eo fieri dēt, qui in collegium est receptus. Scala in suo de consilio sapientis. lib.1.c.21.

Confessio non est admittenda cōtra prçsumptionem consensus coniugalis, ex coitu deductā. Couarru.in 4.decreta. num.6. fol.9.

Credulitas informatur ex præsumptione.Et ideo,ubi quis interrogatur . An credit,uel nō: nō est dandum tempus ei ad deliberādum,quia ex prçsumptione suam informat credulitatem.glo. credo in c.quosdā. de præsumptio.

Ciuis prçsumitur habere notitiā statutorum suæ Ciuitatis.Plotus iuuenis in addit. ad consil. 39 Marti Laudensis nu.7.etiā si de eis non fuisset certioratus.

Confessio de recepto in dubio

præsumitur uera, & ex reali nu meratione præsumitur præces sisse confessio. secundum Bald. in l. 2. de quo Martinus de Laude. in consi. 50. nu. 15.

Confessio procuratoris de recepto præsumitur uera, & dominus potest eam habere ratam, & agere contra eum. Marti. d. consi. 50. nu. 16.

Concessio rei emphyteuticæ præsumitur facta secundum consuetudinem ecclesiæ. Alexan. consi. 124. col. 2. uersi. sed prædicta, in 5. uol. Parisi. consi. 13. nu. 29. in 1. uol.

Collecta in dubio præsumitur præstari potius ex timore, quàm ex debito. & sic habere præsumptum initium uiolentum. Lucas de Penna in l. hac lege nu. 5. C. de aqueductu. lib. 11. de quo sic Parisius consi. nu. 92 in 1. uol.

Contemplatione patris non debet præsumi relictum, ut sibi acquiratur filio. si quidem demóstratio nó præsumitur causa dispositionis. l. demonstratio falsa. ff. de condi. & demon. Cumanus consi. 73. col. 3. ad fi. & quando quid dicatur factũ patris contemplatione. Bar. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de uulg. ubi & Parisius in apostillis, & contemplatione alicuius fieri dicitur, eo quod de ipso fit commemoratio. Item quádo scit gerens negotium ad aliũ pertinere. Firmanus versi. Contemplatione.

Contractus præsumitur simulatus ex paucitate precii. Bal. cõsi. 325. in 3.

Confessio facta præsumitur potius fuisse de bonis uiri quàm de bonis mulieris. l. etiam. C. de do. inter ui. & uxo. & l. quintus. ff. eo. Bald. consi. 353. nu. 1. in 3. uol.

Cócessio superioris præsumitur, quam sufficit allegare. Bal. cõsi. 439. uersi. sed quo ad patientiam. in 3. uol.

Causa dotis præsumitur finalis l. si ego. in prin. de iure do. Bal. consi. 145. nu. 7. in 4. uol.

Confessio procuratoris in dubio præsumitur esse secundum ueritatem, si est suo tempore facta secundum naturam iudicii. secus si ex abrupto & sponte, quia tunc non præsumitur uera. Bal. in l. non solum. ff. de procurato. col. 2. ad fi.

Eo ipso, quod quis confitetur detentus præsumitur non esse sponte confessus. Bal. in l. qui in carcerem. ff. quod metus causa.

Confessio in dubio facta parte præsente pręsumitur acceptata. Parisi. consil. 75. col. 4. lib. 3. Nisi tendat in eius præiudiciũ. Ange no. in l. quæ dotis. ff. solu. matr. Herculanus de Negatiua nu. 1. pag. 154.

Contumax præsumitur in malitia donec ueniat. Follerius inter

ter consi. diuersorum per Zilettum consil. 80. nume. 8. Tomo secundo.

Collegiati præsumuntur melius procurare facta collegii quàm extranei. Emilia. consilio 42. nume. 5.

Collusio non præsumitur. Emilianus consi. 6. nu. 13.

Clausula codicillaris pręsumitur non deliberatè posita à testatore, sed à Notario. Parisius cō sil. 60. nu. 27. in 2. parte. Fallit, quando testamentum est scriptum manu testatoris, ut ibi.

Ciues in dubio præsumuntur habere uoluntatem conformem cum dispositione statuti. Parisius consil. 22. nume. 59. in secunda parte.

Confessio infirmi, & morti quasi proximi, facit, ut quis non præsumatur contra ueritatem illam fecisse, nec immemor salutis æternæ. Parisius in consil. 75. nu. 53. in 2. uol.

Contractus in dubio non præsumitur usurarius. Strach. in tracta, de assecuratione. in pręfatione. nu. 32. fol. 21. uersi. quæ sententia.

Creditor in dubio p̄sumitur sciuisse debitorem tempore contractus non fuisse idoneum. Parisius consi. 107. nume. 58. cum seq. & præcen. in 3. uolum. uide omnino.

Consensus præsumitur ad constituendum ius patronatus. Parisius in consi. 35. nu. 11. in 4. uol. Consensus. s superioris.

Cessio, quando fit lite pendente, ex quo illa propter litis pendentiam pręsumitur fraudulē ter fieri, minor potentia requiriť in cessionario quàm aliàs requirebatur, ut probatur in c. 2. de alienatione iudicii mutandi causa facta. ubi Docto. maximè Collec. uolēs, quòd si laicus cedet in clericum, non censeatur propterea cessisse in potentiorem, tamen secus est, si id fiat lite pendente. Parisius in consi. 96. num. 16. in 4. uolum.

Concubina non præsumitur ancilla, quia licet inter Dominū & ancillā possit consistere concubinatus, ad hoc tamen, ut ancilla dici possit concubina, necesse est, quòd dominus eā sub nomine concubinæ retineat, casus est no. utrunque ꝓbans in l. fina. C. communia de manu. uide Aretin. in terminis consulentem in consi. 48. nu. 1. & seq. & Bermōdum in suo. de concubinariis.

Communio præsumitur bonorū inter fratres, nisi contrarium probetur. Ferrettus in consil. 120. nu. 6.

Comitali dignitate insignitus & decoratus Episcopus præsumitur ab imperatore, ueluti à dignitatum fonte habere. teste Bal. tit. de feudo Marchię. uide.

Cha-

Chacheranum decisio. Pedemon. 30. nu. 7.
Ciuis nouellus præsumitur ignorare statuta, ideò non punitur, si contrafaciat. Chacheranus decisio. Pedem. 71. nu. 42.
Corrigere incontinenti contrahentes uelle se non præsumuntur. Chacheranus in decis. Pedemontana 86. nu. 16.
Cõtractus talis esse præsumitur, qualis per nomen appellatiuũ profertur. Soci. consi. 165. nu. 5. Chacheranus decisi. Pedemonta. 139. nu. 24.
Cessio in dubio p̃sumitur facta bona fide, & non causa uexandi aduersarium, uel causa cõstituendi aduersarium duriorem, & qui malam fidem allegat, illam probare debet. Vitalis in tractatu clausularum. titulo quando cessiones dicuntur simulatæ. pagi. 262. colum. pen. ad fi.
Cnofessio meticulosè facta præsumitur à reo in carceribus detento, licet aliud non constet de terrore torturę, & potest reuocari. Syluanus plenè in consi. 7. nu. 25. & seq.
Consuetudo nõ præsumitur, nisi probetur, quia est facti. inter consilia Syluani consil. 57. nu. 37.
Creditor, si soluit aliquid suo debitori nihil dicens, non propterea præsumitur remisisse suum creditum. Siluanus in cõsil. 86. nume. 17. in 2.
Concessio principalis in dubio præsumitur realis. Siluanus in consi. 98. nu. 13. in 2.
Contractus talis esse præsumitur, qualis per nomen appellatiuum profertur. Bald. titulo qui success. dare tene. Soci. consi. 165. nu. 5. etiam à partibus. Cacheranus decis. Pedemon. 139. nu. 23. & 24.
Copula carnalis quando præsumatur. Bertachinus in repert. uers. copula carnalis per totũ.
Consanguineus præsumitur scire facta consanguinei. sed an hoc p̃cedat semper ponit Anto. Gabriel. Romanus. in suo Cõmunium conclu. tit. de Præsump. conclu. 6.
Causa pręsumitur in principe, si aufert ius alicui motu proprio, secus si ad importunitatem petentium. Bertran. consi. 5. nume. 46. in secundo uolu. parte 1.
Consensus præsumitur in cõsanguineo recipiente literas à cõsanguineo, si statim non contradicit, quia præsumitur se obligare ad cõtenta in literis. Firma. uer. consensus.
Cõsensus semper præsumitur de substantia actus, non consiliũ. Firma. uer. consensus.
Consensus pręsumitur præcessisse in præterito ex futuro, nisi medio tempore præsumatur tacita repudiatio, uel dissensus.

ly.in c. literis in prin. de præsum.& quando copula carnalis præsumatur.Firma. uer.copula carnalis.

Credere quis dicitur, uel præsumitur id, quod uerbis exprimit.Bald.in l.si fundum. & ibi. Cy.C.de rei uēdica.& per Bal. in l. nō solum.§.morte in 2. specie protestationis,de ope.noui nuncia.

Credere præsumitur quis etiam in foro conscientiæ id, quod uerbis exprimit.Bal.in Margari. uer. Credulitas. uer. 2.

Criminosus semel an præsumatur adhuc criminosus. Specul. de teste.§. 1.uer.Item, ꝙ olim.

Culpa debet probari per allegantem, quia non præsumitur, siuè in committendo, siuè in omittendo. Nisi in his, q̄nō solent committi sine culpa,ut incendium & furtum, in quibus præsumitur culpa, nisi probetur abesse per eum cōtra quē pręsumitur. probatur autem abesse, si probetur à quo processit ignis, uel furtum, ut ab hostibus. Item uerum, nisi in custode contra quē culpa pręsumitur,nisi probet casum.Firma.uer. culpa debet.& culpa præsumitur in casu l.1. C.loca. ut ibi per Bal.& culpa in incendio præsumpta est leuissima. Firman.ubi supra. Et culpa in incendio non præsumitur contra habitantem consuetum esse uigilem.

Calumnia præsumitur statim, ꝙ accusatio non probatur. uide tamen Firma.isto uer.

Calumnia non præsumitur in actore probante, licet succumbat.Bal.in l.alia.C.de his, quibus ut indignis.

Calumniari præsumitur, qui facit contra ius.l.si idem.§. 1. secundum Bal. et Alexand. ff.de iurisd.om.iu.

Calumnia rei pręsumpta non remouet ordinē procedendi datū a iure. Bal. in l.edita pe.col. uersic. Item quando libellus. C.de eden.

Calumnia rei pręsumpta non remouet ordinē procedendi datum à iure.Bald.in l. non epistolis in 2.col.in princ. sed hoc est inuestigan.C. de proba.

Calumnia quibus casibus nō pręsumatur.Firma hoc uer.

Calumniatus semel pręsumitur iterū uelle calumniari, in Specula.de accusa.uersic. Item, ꝙ est semel.

Cancellatio pręsumitur facta in continenti, si est annexa scripturę.alias non,Firma.

Canonici pręsumuntur scire qualitates electi,ideo eligentes indignum priuantur iure eligendi.Firma.uer.canonici.

Capella præsumitur fundata auctoritate Episcopi, si diu habuit signa ecclesiæ.Firma.uer sic.capella.

Car-

Carceratus præsumitur soluere per metum. Cyn. in l. 2. C. quod metus causa. Bal. in l. falsus. penul. col. in fi. C. de fur.

Casta præsumitur mulier, quæ in præteritum fuit casta. Bal. in l. eum qui, in fin. C. de episco. & cleric.

Castrum præsumitur perditum culpa Castellani. Firma. Et præsumitur esse de diocesi Ciuitatis, cui subest. ibi. Et castri quod si uertatur præsumitur esse illius Ciuitatis, cui magis adiacet, nisi aliud ostendatur.

Catastum facit præsumi quē scire uires patrimonii sui, & ualorem suorum bonorum. Bar. singu. in authen. sed cum testator. in 2. col. in fi. uersi. Item in Ciuitatibus. C. ad l. falci.

Clericus præsumitur scire iura. Brunus in tracta. de cessione bonorum. quæstio. 3. principali nu. 12.

Causa in principe p̄sumitur. Neuiza. inter cons. Bruni. cons. 12. col. 28.

Causa finalis præsumitur, quę secundum iuris rationem debet esse finalis, uel quæ à testatore assignatur pro finali. Bal. l. eam quam. 2. col. uer. porro. C. de fideicōmiss. vide Firma. ver. causa finalis.

Causa impulsiua p̄sumitur in dubio. Firma. ibi.

Cęcus semel nō præsumitur semper cecus. secūdum Bar. in l. 2. de bon poss. furio. insan. delata vnde cecus in præterito non præsumitur cecus in pręsenti, cum potuerit curari cecitas, secundum Bar. ibi.

Certificatio non præsumitur, nisi probetur, quia est solennitas extrinseca l. quęcunque. §. fina. ff. de publi. Firma. isto uer.

Cessio quando præsumatur simulata. Firma. uer. isto. & ibi per discursum.

Citatio non præsumitur, nisi probetur. secundum Bal. in tit. de pace iuram. fir. §. ad hoc. 8. col. uer. no. quòd qui dicit. in usibus feudorum. Firma. uers. citatio. ubi etiam dicit, ꝙ præsens præsumitur citatus.

Citatio ad domū pręsumitur uenisse in notitiam citati, quod uerum fictè & pręsumptiuè. & ideo post decē dies potest appellare. Firma. uers. isto.

Citationis commissio præsumitur ex litteris sigillatis sigillo iudicis, quas portat Nuntius. Ioan. And. in c. quoniam contra, de probatio. Alias non, licet in actis cōstet de citatione. uide tamen Firman. uersic. isto.

Citatus præsumitur, qui in iudicio reperitur, nec aliter citādus est, sed bene in iudicio potest petere terminum ad deliberatè respondendum, immo sine licentia recedere potest, nisi iudex eum moueat. Idem

ſi miſit nuntium. Firma. in reperto. uer. citatus.

Clauſula non obſtante omiſſa in reſcrip to Principis, uel inferioris habẽs poteſtatem reſcribendi cum tali clauſula facit præſumi illud emanatum ex importunitate, & contra mentem concedentis. Firma. uerſi. clauſula non obſtante.

Clauſula non obſtante tali lege in reſcriptis operatur, quòd Princeps præſumitur ſic uelle ut in reſcripto ſed eà omiſſa facit prȩſumi Principem nolle ſicut clauſula motu proprio, uel ex certa ſcientia facit præſumi Principem uelle etiam ſi ſit omiſſa clauſula. Firma. uerſic. iſto.

Clauſula ex certa ſcientia facit p̃ſumi Principem uelle, etiam ſi deficit clauſula non obſtante tali l. Item facit prȩſumi Principem uti poteſtate abſoluta. Firma iſta clauſula.

Clauſula ex certa ſcientia, niſi apponatur, non præſumitur Papa facere ex certa ſcientia. Firma. iſta clauſula.

Clauſula ex certa ſcientia nihil operatur in reſcriptis, niſi in his, de quibus Princeps præſumitur habere ſcientiam, ſicut ea, quæ conſiſtunt in iure, ſecus in his, quæ conſiſtunt in facto. ut commercia & conſuetudines locorum.

Clauſula motu proprio facit prȩſumi Principem uelle, quando eſt poſita in reſcripto, ſed omiſſa ſecùs eſt. Firma. iſto uer.

Clauſula ſententialiter promulgata, facit præſumi ſententiam latam cum recitatione reſcripti & iudice pro tribunali ſedente. Firma. clauſula ſententialiter.

Clauſula confeſſus habuiſſe & recepiſſe, facit preſumi, quòd túc habuerit, non ex interuallo temporis. ſed uide Firma. iſta clauſula fol. 139.

Clauſula non ualet, uel ualebit iure teſtamenti, facit prȩſumi teſtatorem cogitaſſe de ruptura teſtamenti. Firma. uer. clauſula non ualet &c.

Clericus præſumitur acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ. Fitma. uerſi. clericus acquirit.

Cognitio cauſæ an prȩſumatur. Firma. uer cognitio.

Collecta facit prȩſumi prȩdium eſſe de Territorio, cui eſt ſoluta. Nam ſubiectio probatur p ſolutionem penſionis & collectarum. Firma. uer. collecta.

[C]oncesſio non præſumitur facta motu proprio, ſed ad poſtulationem alterius, ſi eſt facta ab homine, ſecus ſi à lege. Firma. uer. concesſio.

Concluſio in cauſa an præſumatur innoteſcerȩ iudici? Firma. uer. concluſio.

Concubina prȩſumitur acquiſiuiſſe de bonis concubinarii. Firma.

Firma. hoc uerbo concubina.

Condemnatus in contumacia p̃sumitur condemnatus. quia indefensus, non quòd habeat iustam causam. Et contumax nunquam præsumitur habere iustam causam. Firma. uer. cõdemnatus.

Conditio pręsumitur apposita fauore legatarii. Bald. in l. precibus. pen. col. uer. dicamus contra. C de impube.

Confessio tollit præsumptioné iuris & de iure. Nisi in causa matrimonii, in qua si confitetur contra copulam, nihilominus pręsumitur matrimonium copulatum. Firma. uer. confessio tollit præsump.

Confessio in ultima uoluntate facta præsumitur in fraudem potius quàm facta inter uiuos. s. quando est facta ad commodũ incapacis, puta spurii. Non autem si fiat pro bannito, uel aliis. Et suspitio legis remouet effectum confessionis. Firmanus uer. confessio testatoris.

Confessio erronea non præsumitur, si est facta in iudicio. Dyn. in regula quod semel. in 6. de regul. iur. Bal. in addi. Spec. de confessionibus, in 3. col. uer. sic. confessio facta.

Confessio ficta & à lege præsumpta æquiualet confessioni uerè factę in iudicio & pręsente parte. Bal. in l. si tutor. de interdic. matrimo. inter pu. & tuto.

Confines mutati non præsumuntur ex diuturnitate temporis, nisi probetur. Bal. l. conuenticulam 7. col. uer. sic. Ex his etiã infero. C. de episc. & cleri. l. in finalibus. ff fini. regun.

Confirmatio præsumitur utilis, quando iudex decernit eam esse utilem. Bal. in l. quæcunque. C. de bonis, quæ libe.

Coniunctus an præsumatur scire ætatem coniuncti. l. de tutela. & ibi glo. uer. ignarum. & Docto. C. de in integrum resti. mino. ubi q̃ sic.

Coniunctus, quando præsumatur scire facta coniuncti Fely. in c. literis in 2. col. uersi. Limita, in fi. de præsump.

Coniunctus pręsumitur scire infirmitatem cõiuncti. l. octaui. ff. unde cognati.

Consanguineus præsumitur scire de consanguineo. Firm. uer. consanguineus. ubi fusè.

Contractum pręsumitur ex præcedenti causa, alia non apparẽte. Soci. consil. 16. nume. 5. in 3. uolum. si alia indicia non appareant contra eum. Firma. ibi.

Custos pręsumitur in culpa, nisi probet casum. Firma. uer. custos castri.

Caprarius debet probare amisisse capras sine culpa sua & sine dolo. Et non tenetur si sine culpa sua à latronibus subpreptæ sint capræ, quæ culpa in eo pręsumitur, sed purgatur eo, q̃ nõ

sciuisse citationem. Iaffredus decisione 2.

Cessio facta clerico per laicum presumitur in dubio simulata. Iaffredus decisione 87. Ferretus consi.211. nu.1.

Capella licet non posit construi sine consensu episcopi, ut no. Abb. in c. nobis. in princ. de iure patron. Tamen ex longo tempore si est in ea celebratum propter antiquitatem temporis consensus episcopi interuenisse præsumitur. Sic enim ex diuturnitate temporis quis canonice institutus in beneficio præsumitur. Decius in cõsil.135. num.1. & ibi etiam, quã do ius patronatus probetur & quomodo, & Ferretus in consil.211. num.2. & seq. & consil. 212. vide omnino, ubi an possit præscribi ius patronatus.

Contractus talis præsumitur esse, qualis per nomen appellatiuum profertur. Soci. in cons. 165. num.5. Chacheranus decis. Pedemon. 139. nume. 24.

Cessio præsumitur simulata iudicis arbitrio. Menochius de arbitrio iudicis, casu 248.

Coniunctus non præsumitur aliquid dixisse gratia iniuriandi coniunctum. Rolan. a Valle in consi. 11. num. 51. in 3. uol.

Confessio in dubio presumitur facta metu tormentorum. Rolan. a Valle in cons. 17. num. 22. & ibi latius de hoc in 3. volu.

Ciuis quis presumitur illius ciuitatis, in qua est. Boss. in pract. crimin. titu de principe, num. 369. Fely. in c. quoniam, col. 2. in prin. de offi. ordin.

Presumptio insurgens ex facta confessione cessat, ubi constat de ueritate, & innocentia rei. Socin. senior inter consi. crim. diuersorum per Zilettum 88. nume. 2.

Causa tunc presumitur, etiam in principe adeo, quòd non admittitur probatio in contrarium. Abb. in c. quæ in ecclesiarum, num. 14. de consti. quando negocium est tale, ex quo causa rationabilis potest argui. Zas. in consil. 10. nu. 13. in 2. nec præsumitur in disuestiẽte uasallum. Cãpegius inter consi. Bruni consi. 2. num. 22. & presumitur causa iusta, in principe, quando inducit. Barbat. in 10. q basilica. 1. partis, num. 2. tomo 2. uide omnino. Parisium cons. 1. in 1. plura Crauetta in consi. 241. ubi quãdo causa præsumatur, uel non in principe.

Cum in aliquos compromittitur simpliciter, & non exprimitur, an in arbitrum, uel arbitratorem, in dubio intelligitur factum, ut in arbitrum, cũ nemo præsumatur uelle iactare res suas. Zas. consi. 12. num. 13. in 2.

Canonicus p̃sumitur scire mortem

pto quomodo p̄sumatur. Abb. in c. nonnulli, num. 8. de rescri.

Clericus ordinatus ad maiores ordines a uiro multum prouido & honesto, prȩsumitur habere ordines inferiores, quia non prȩsumitur illum ordinasse ad maiores, nisi fuerit informatus de minoribus. Abb. in c. nisi essent, nu. 3. de præben. & dignita.

Citatio, quȩ potest esse iusta & iniusta prȩsumitur iniusta, nisi sit facta uel commissa a iudice circunspecto & honesto. Abb. in d. c. nisi essent, num. 3. de prȩb.

Census, si fuerit prȩstitus aliquo tempore respectu certȩ rei, nō per hoc illa res præsumitur, nec erit subdita. Abb. in c. in causa, de cau. poss. & proprieta. nu. 2. & 4.

Cohabitatio sola maris & fœminæ non inducit præsumptionem in matrimonio. Abb. in c. illud, num. 1. de præsumpt.

Causa in dubio p̄sumitur. Abb. in cap. accedentes, nume. 7. de præscrip.

In populo semper prȩsumitur esse aliquis, qui non habet sinceram fidem, sed corruptibilis sit auro. Dec. in c. Osius, nume. 6. de postula. prælato.

Calumniosus præsumitur, qui nō probat. Fely. in c. cum fortius, num. 4. de calumniatoribus.

Cessio sine causa non tenet, si autem fiat coniunctæ personȩ ualet, & præsumitur causa. Albe. in l. dotem. §. 1. ff. de castrensi peculio.

Contractus præsumitur ibi factus, ubi fieri debet solutio. Alberi. in qq. ad statu q. 8. lib. 2.

Contumax præsumitur in malitia. Salyc. in l. iubemus, C. de iudiciis, num. 1.

Et quis dicatur uerè contumax, uel fictus, aut prȩsumptus. Sal. in l. properandum. C. eo. titu. ubi fusissimè.

Confessio præsumpta insurgens ex facto extradiciali, & ex causa famosa infamur, & tantam uim habet, quantam, si absque illo facto fuisset confessio facta in iudicio. Sal. in l. si tutor, C. de interdicto matrimo.

Casus quidam sunt, qui faciliter sine culpa prȩsumpta ueniūt, ut uis hostium, impetus aquarum, uis uentorum & tempestatum, & in illis oportet, q̄ probetur præcedere culpam. Salycet. in l. sicut, num. 4. C. de pignoribus.

Confessio præsumitur facta animo donandi, quando fit constante matrimonio, & renunciatur exceptioni non numeratæ dotis. Soci. in l. j. nu. 100. ff. solu. matri.

Confessio præsumitur in fraudē creditorum, quando quis est non soluendo. Soci. d. l. j. num. 108. ff. solu matr.

Cessio licet præsumatur simulata, nisi

ta, nisi causa, siue titulus in instrumento apponatur, sufficit tamen precium apponi. Spec. tit. de cessione. §. cōsequenter, num. 2. fol. 15. in 2. parte.

Commodatum pręsumitur factū ad requisitionem commodatarij, si aliud non appareat. Castr. in l. si ut certo. §. interdum. ff. commodati, num. 5.

Clericus pręsumitur, qui uadit in habitu clericali. Castr. in l. ex persona, num. 4. C. de proba.

Cessio præsumitur inualida, quādo deficit titulus, idest causa habilis ad translationem dominij, uel quasi in rebus incorporalibus. Castr. in l. per diuersas, num 9 C. mandati.

Ciuis, qui est absens a ciuitate p̄sumitur ignorare ea, de quib. tunc erat fama publica in ciuitate. Ias. in l. is potest, nu. 65. ff. de acquiren. hæred.

Ciuis existens in exilio non præsumitur scire ea, quæ publicè fiunt in ciuitate, etiam si uolūtariè esset absens. Ias. ibi. numero 66.

Ciuis, qui est in comitatu, uel in uilla præsumitur ignorare ea, quæ publicè fiunt in ciuitate. Ias. d l is potest, nu. 67. de acq. hæredit.

Ciuis nouus præsumitur ignorare ea, quæ fiunt in ciuitate. Ias. ibi. nu. 71.

Causam iniustam se fouere præsumitur, quando cessante causa iusta litigandi ab initio, cessat per l. prima, §. circa. ff.

de

de excep. doli. Crauetta in cõ si.225.

Clausula non obstante contra ius commune facit prçsumi Principem facere de plenitudine potestatis, & facit ualere rescriptum contra testamentũ. Bald. in l. si non speciali. 2. col. uers. item dicit Oldra. C. de testamen. Redoanus in tract. de spoliis quçst. 1. numero 47. ubi & alia.

Clericus quidquid acquirit non prçsumitur acquirere ex bonis ecclesiç. uel ex redditibus ecclesiæ & non negociationis. Redoanus in tract. de spoliis. q. 15. nu. 30.

Custodes carcerum præsumuntur negligentes. Cataldi. inter consil a per Zilettum cons. 22. nu. 13. Tomo 2.

Confessio prçsumitur facta parte absente, cum est iudicialis. Merenda inter consilia crimi. per Zilettum consil. 91. nu. 33. Tomo 2.

Contractus in dubio præsumitur censualis potius quàm emphyteuticus. Natta consi. 2.

Concessio talis præsumitur, qualis solutio fit. Natta consi. 228. ad fi. in 1.

Contrahere quis præsumitur secundum naturam ipsius contractus, & secũdum dispositionem iuris communis. Natta consi. 615. num. 9. in 3.

Contraxisse quis præsumitur ex causa mercantiç permissa in dubio l. fi. ubi no. C. ad Mace.

Custos sigilli habet pro se præsumptionem, ut non apposuerit sigillum, nisi prout officiũ suum requirebat. ita Vitalinus in clemen. j. parte ultima, num. 48. de iureiuran. ubi etiã alia de appositione sigilli, etiã de sigillo Doctoris, & subscriptione.

Causa iusta præsumitur in principe. fusius Bertran. consi. 371. num. 1. & sequen. in 2. uolum. lib. 1. in antiquis.

Calumnia non præsumitur in tutore D. m. Cephal. consil. 429. num. 39. & num. 87. maximè in matre tutrice, ibi. nu. 40. in 3. volum.

Calumniari prçsumitur denuncians eo ipso, quod nõ probat eique probatio incumbit, ꝙ non animo calumniandi hoc fecerit, c. fi ubi Butrius, num. 4. de calumniatorib.

D

DOlus præsumitur in contrahente cũ minore propter enormem lçsionem. Bertran. consi. 3, 7. num. 4. in 2. uolum. lib. 1. & in consi. 293. num. 8. in 3. volum. eod. lib.

Quando mulier longo tempore administrauit bona mariti bãni, adeò, quòd potuit sibi satisfieri de dotibus suis, si uoluit

luit, si postea talis mulier uellet agere ad dotes, non auditur, quia præsumitur, quòd de illis sibi satisfecerit. Mo der. in addi. ad Alexand. in l. uenditotores, ff. de uerb. oblig. Neuiz. est relator in consi. 59. nu. 11.

Donatio facta in infirmitate præsumitur facta causa mortis ẽt si non dicatur. Anton. de Butr. in ca. ex literis, extra de consue. sed Imola tenet cõtrariũ. vide Gui. Pap. de præsumptio. num. 11.

Et si quis dicat do, uel dono, in dubio præsumitur donatio inter uiuos, sed si dicat relinquo, tunc præsumitur causa mortis. l. 1. §. fi. ff. de tabu. exhi. & no. Dy. in l. 1. C. de reuoc. do.

De dolo quis punitur etiam præsumpto, sicut de uero. Ioann. Grass. in c. sicut noxius, de præsumpt. & præsumitur in dubio fraus, & dolus in delictis. d. ca. quòd secus in contractibus. l. quoties, §. qui dolo. ff. de prob. cum ibi no. per glo. & doctor. præsumptio autem doli cessat, quando est iuratum. Bauer. in tracta. iuramenti 4. casu. Firm. in reperto.

Dominium præsumitur ex possessione de præsenti. uide omnino Gui. Pap. de præsumptio. num. 16. ubi quomodo probetur dominium.

Donatio, uel uenditio facta in fraudem præsumitur, si uenditor, uel donator post instrumẽtum factum possidet res donatas, uel uenditas, ut no. Specu. de dona. §. 1. uer. item pone aliquis, quid de eo, qui alienat in fraudem delicti. Guid. Pap. de præsumpt. num. 20.

Donationem faciens pater filio tanquam benemerito, non p̃sumuntur merita præcessisse, nisi probentur per filium, ut no. in l. si donatione, C. de collatio. quod credit uerum Gui. Pap. ubi supra, nume. 22. Nisi appareant coniecturæ talium meritorum, ut ibi dicunt doct. imò plus ibi dicit Bald. quòd super probatione dictorum meritorum statur iuramento patris donantis, uide Gui. Papæ, ubi supra, & deci. 95. & 415.

Donatio præsumitur inter coniunctas personas, ut ff. de don. inter uirum & uxorẽ. l. seruus communis, & inter tales etiá facilius præsumitur remissio. in l. Procula. ff. de proba.

Donare quis præsumatur. Bar. in l. cum quis. ff. si cer. peta. ibi ꝓ huius declaratione. Ias. in consi. 296. in 2. fol. 66. ubi tantum in modicis præsumitur donatio facta coniuncto, nec secus.

Dolus faciliter præsumitur, ubi est causa lucri, non autem ubi cessat. l. eleganter. §. fin. cum l. sequen. ff. de dolo. Cepola cõs. 57. num. 12.

Dolus præsumitur & metus cessare,

-sare, quando aliquid fit pręsentibus parentibus & amicis l. transactione. C. de transac.

Dotem dedisse uiro mulier omnium bonorũ pręsumitur, dote prius non constituta, quod est uerum si interueniat traditio, aliàs non, ideò etiam nomina debitorum, quę non tradũtur, sed ceduntur, non præsumuntur in dotem dari. Guid. Pap. de pręsumpt. num. 36. uide omnino.

Dolus pręsumitur a lege eo ipso, quòd quis habet res suas saluas, & amisit alienas. l. quod Nerua. ff. depositi. idem si in loco tutiori ponere potuit. l. vtique. ff. de damno infecto.

Dignus quis pręsumitur, nisi probetur indignus. l. seruus. ff. de manu testam.

Debitor presumitur liberatus, q̃ habet penes se instrumentum incisum. l. qui chirographum, ff. de probatio. Bartol. de præsump. col. 2.

Dotem dans pręsumitur sibi uelle prospicere, ut sibi restituatur, etiam in illum casum, qui non fuit expressus, nisi contrarium probetur per mulierem. l. si extraneus, ff. de condi. causa da. & cau. non secu. Barto. de pręsump. col. 2.

Dotem sibi reddi mulierem pręsumi stipulatam ubi extraneus dederat pro ea, nisi appareat extraneum stipulatum fuisse. C. de rei uxo. actio: l. 1 ff. solu. matri. l. quoties.

Dolus præsumitur ex assertione, quam quis facit, quæ non est uera l. si quis infirmauerit, ff. de dolo. item præsumitur dolus ex omissione illius actus, qui fieri debet & non fit. l. si ꝓcurator. §. dolo. ff. mandati. itẽ ꝑsumitur dolus si fiat actus de ꝑ se prohibitus, nisi ꝓbetur cõtra l. 1. l. si non conuitij. C. de iniuriis. item præsumitur dolus & fraus ex frequẽtia actuũ illicitorum. l. inciuile, C. de seruis fugiti. item præsumitur dolus, si quis intricat peculiũ, uel rationem quam reddere debet, uel si transferat in aliũ id, de quo suspicabatur cõtra eum agi. Bar. in l. in summa. cũ prin. ff. de pecul. item præsumitur dolus ratione uicinitatis actuum, & ex multis simul iunctis dolus præsumitur, secundum gl. in l. dolus. C. de rescind. uendit. & ex omissione eius, quod quis facere debebat dolus præsumitur, & qualiter præsumitur dolus. Host. de iureiuran. §. quomodo, uer. Papa autem, item contra aliquem præsumitur ex eo, quòd facere consueuit. Gui. Pap. de pręsump. nu. 50. uide omnino.

Diuisio inter fratres pręsumitur si separatim bona paterna tenent per x. annos. glo. in l. si minor, C. communi diui.

Dona-

Donatio omnium bonorum pręsentium & futurorum nihil retento, ualet, quia pręsumptio est, quòd lucretur & acquirat. argum. C arbi.tutelæ. l. si defunctus, & sic præsumptio est, quòd fuerit solutú pro lucro.

De dispensatione super iuramento fienda ratione doli, uel metus præsumpti, & de eorũ pręsumpta probatione. Gui.Pap. de præsump. num.66.

Diuisio pręsumitur facta de re cõmuni, quando quilibet partẽ suam possidet onus & commodum sustinendo & percipiendo, ut no. per P. Iaco. tit. de rei uendi. quæ de consuetudine approbatur, ibi. Sic debet intelligi quòd si quilibet fundũ possideat &c.

Donatio inter coniuges nunquã pręsumitur in dubio, imò statur instrumento cuiuslibet cõtractus initi inter eos, donec probetur donatio per l. quòd aũt, §. si maritus, ff. de don. inter uir. & uxo. & glos. in l. utrũ ff. eo. & per Bar. in l. quæ dotis, ff. solu. matr.

Dicens onus probandi habet, nisi pręsumptio faciat per eo, idẽ in negante. Bart. in l. in illa. ff. de uerbo. oblig.

Damnum datum in agris præsumitur datũ a uicinis. no. Bart. in l. si i 2. §. mulieres. ff. de fundo instruc. lega.

Dissigillans saccum præsumitur pecunias ibi repositas subtraxisse, secundum Innocen. in c. super de eo, qui mi. in poss. causa rei seruan. adeo quòd contra eum iuratur iuxta formã. l. si quando, C. unde ui.

Donatio si fiat per extraneum filiofamilias, & in ipsa donatione fiat mentio de patria potestate, donatio ipsa censetur & præsumitur fuisse facta contẽplatione patris. Bart. in l. cum aliquis, C. de iure delibe. Gui. Pap. de præsump. nu. 109. ubi & alia.

Decretum in insinuatione donationis appositum facit præsumi ipsam insinuationem fuisse solemniter factam. ita dicit gl. in l. 1. C. de iure fisci. lib. 10. & l. Imperatores. ff. de priuile. credito. & est speciale fauore decreti, quòd omnes solemnitates etiam extrinsecę præsumũtur, interuenisse in actu, secundum Angel. de Peru. in d. l. Imperatores.

Si iudex interponeret decretum in donatione, an pręsumatur facta insinuatio, ubi de insinuatione aliter non apparet. Respon. Bal. in cons. in Christi nomine amen. ubi dicit, quòd si causę fuerint expositę coram iudice nominatim, uidelicet, quia pars iudici dicit, quòd donabat & donare intẽdebat. ita quòd iudici, quid agatur, & quid contrahatur innotescat.

ſcat.tũc per appoſitionem decreti dicitur inſinuatio donationis facta. C. de prediis curia.l.1.Gui.Pap. de præſumpt. nume.122.

In dubio præſumitur uerberationem processiſſe ad defenſionem potius q̃ ad ultionẽ probatur in l. ſi ex plagis. §. ſi tabernarius.ff.ad leg.aquil.& ibi glo.Et hoc in actibus & uerberationibus ꝓcedentibus uno contextu, quia præſumitur in dubio defenſionis gratia præcesſiſſe uerberationẽ potius q̃ ultionis .& uerberatum fuiſſe aggreſſum alium . ſecundum Iaco. cuius opinionem ſequitur Alberic.in l. 1. C. unde ui.

Præſumitur pro declaratore.Specula.de empt.& uendi. §.nunc uidendum.§.hoc quoque.

Præſumitur pro decreto iudicis & pro aliis, quæ non requirũt figuram iudicii.Bal.in Specula.de ap 16.col.Alex..in l.ſciendum 7.col.de uerb.ob. Firma.. uer.Decretum.

Defendere factũ ſuum quis uelle præſumitur.Inno.in c.diuerſis.de cleri.cõiuga.paulo poſt medium.

Dominus quis pręſumitur in pręſenti ex pręterito. Specula. de loca.§. 6.uer. 66 circa med.

Donatio pręſumitur ratione proximitatis l.cenſualis. C. de dona.& de cap.l.liber captus.Alciat.pręſumptio.regu. prima, præſumptio.32. uide omnino.

Donatio præſumitur facta quòd fuerit ante matrimonium , nõ facta tempore matrimonii:l. ſi res æſtimata.ff. de iure dotium.

Dignus pręſumitur niſi probetur indignus l.ſeruus. ff.de manu.te.Gribaldus plene Axiomate iſto, litera. Bonus uide omnino.

Diuiſio inter fratres præſumitur , quando ſtant ſeparatim . Videlicet unus ab altero per annos decem inter præſentes & uiginti iter abſentes .ut no. glo.in l.pen. C. communi diui.

Donata uxori per cõſanguineos mariti , præſumuntur donata contemplatione ipſius mariti, & ideo illi acquiruntur. Alcia. de præſumptio.regu. 1. præſump.18.

Defenſionem non omiſſuri præſumuntur conſanguinei ſui. Alciat. præſumptio. regu.4.præſump.22.

Dominus qui fuit, etiam de præſenti præſumitur dominus Alciat. regula ſecunda,præſumptio.20.

Diues olim præſumitur etiã hodie diues , quia non præſumitur amiſiſſe dominium rerum ſuarum.Alcia. de præſump. regu.2.pręſump.27.

Damnificari ille præſumitur,qui ex uno contractu compelleretur agere cum pluribus. Alcia.

cia.de præsumpt.regu. 2.præsump.33.

Decretum præsumitur, quòd ex iusta causa & uera causa, & solenniter fuerit interpositum. Alcia.de presump.regu. 3.presump.10.

Dei memoriam habentes presumuntur ad tutelas,&curas nõ libenter accedere. Alciat. de præsumpt. regu.3. præsum. 18.

Dispositio quælibet uera presumitur. Alcia.de præsump.regula 3.presump.21.

Dolum non committere præsumitur, qui fraudem excludit. Alciat. de presumptio.regu.3. presump.28.

Delinquens non presumitur delinquere sub spe immunitatis ecclesiæ, & propterea admittitur per ecclesiam.Alcia. de p̄sump.reg.3.presump. 33.

Diligens homo presumitur, que habet,ex suis operibus habere C.arbi.tute.l.si defunctus. uide quod no.Archi.12.q.1. manifesta.

Dominus presumitur, qui utitur re ut dominus. no.ff.de condi. instit.l. quædam,ad quod facit l. Titia.ff.solu.mat.

Decretalis presumitur ex quo inuenitur inter alias decretales. no.19.dist.in prin.

Dotata presumitur mulier coniugata, l.vltima.C.ad Velleia. uide pro ueritate Luc.de Pen. in l.quicunque. C. de apochis pub.lib.10. presump. 65.

Præsumitur, quòd mulier nõ possit nubere siue dote l.fi.§ 1. in fi.§ ff que in frau.credito. & de do.ex.l.apud.§.si mulier.& §.sequenti.

Et presumitur uir post acceptionem uxoris ipsam repellere, si uiderit indotatã. Dotis enim datio est de solennitate matrimonii.Indignissimumque est, ut possit consistere matrimonium sine dote,immo qui sine dote uxorem ducit, peccare censetur 3.q.3.Consanguineorum.Luc.de Penna in d.l. quicunque. C.de apochis pub.lib. 10.presump.67.

Donare presumitur, qui res suas defendit eidem.in auth. ut eccle.ro. ca.ante in medio.ad qđ no.ff.de acqui.poss.l. permisceri.§.1.

Debitor p̄sumitur liberatus ostẽdens instrumentum debiti cãcellatum.l. si chyrographum. ff.de proba. cessat hec presumptio ob familiaritatem debitoris l. 1.§.sed ne furandi. de lati.liberta.tollen.

Donatio p̄sumitur in multis casibus no.ff.manda.l.si uero. §.inde Papinia.

Damnum inesse presumitur illi, qui cum uno contraxit, si in plures aduersarios distinguatur.l.& ancillarum. ff. de pec. §.ultimo.

Auus dotans neptem præsumitur

tur illam filij sui contemplatione dotare. ff. de colla.bono. l.dotem, aliàs lex dedit.

Præsumitur libentius instruere, & docere professor, & magister, cui salaria exhibentur. C. de professo. & medi.li.10.in fi.

Donari præsumitur si affectione paterna motus in pupillum aliquid erogauit l.1.in fi.C. de nego.gest.

Donare uelle præsumitur solus affinis affini, quòd dic, ut not. in l. si seruus communis, ff. de dona. inter uirum & uxor.

Donare uir uxori præsumitur cōcedens aliquid ad luendum ornamentū uxoris pignori obligatum l.uxori.§.fi. ff.de dona. inter uir.& uxo.

Dos præsumitur filio data penes quem est peculium.ff.solu.ma. l si cum dotem.§.planè.

Doctor antiquior præsumitur melius nosse ueritatem, quàm ipse iuuenis 76. dist. ieiunium, 16.q.1.sic uiue.& ibi de hoc no. & uide Luc.de Penna in l.1.C. de consulibus.lib.10.

Donare uelle præsumitur, qui scienter ędificauit in solo alieno.l.domum.C.de rei uend.de ædifi.priua.l.si is,& inst. de rerum diuisio.§.e diuerso.

Dominium præsumitur ex possessione de pręsenti. Bertran. in consi.65.nu.1.in tertio vol. lib.primo.

Pręsumitur quis semper debuisse durare, si plus uixisset in eo statu, in quo moritur. Cast.in l. ambiguitatem, nume. 6. C.de usufruct.

Diues, uel idoneus facultatibus quis non pręsumitur, nisi probetur.l.non est necesse. ff.de pba.uide quod no. Archid.6.q. 5. accusator. Luc. de Penna in l.vlt.C.qui nu. li.lib.10.

Dixisse quis nō pręsumitur, quod mente non cogitauit. l.3. ff.de suppell.lega.

Donare quis non præsumitur, uel pecunias suas iactare. l. cum de indebito. ff. de probat. nisi in casibus no.ff.manda.l. si uero non remu. §. idem Papinia. & ad Velleia. l. sed & si ego. in fi.Luc.de Penna in l. quicunq; C.de apochis pub. lib.10.

Donatio in dubio non præsumitur, nisi quando rei traditio fit ab eo, qui donare pręsumitur. §.si minus.insti.de actio.

Dolum non præsumitur committere, qui fraudem excludit. l. cum pater. §. Titio.cum concor. ff.de leg. 2. item qui errat in iure.l.sed si lege.§. scire in fi. ff.de peti.hæred. & no.in auth. de ritu nup.§.1.

Dolus non præsumitur in modica re committi. l. si oleū. ff.de dolo.ad fi. ut no. de crimi. fal. cap.penul.

Dolus non præsumitur in certis personis, quæ dolum agere nō pͦsumūtur l.nō dēt. ff. de dolo.

Dominus nō præſumitur ad eas ſpecies pecuniæ ſoluendas ꝑpoſuiſſe, quæ ſolui non debuerant. l. ſi is cum, ad fi. ff. de ſolu. cum concor.

Dolium non præſumitur ſignatum ab emptore ſibi traditū. l. 1. §. ſi dolium. ff. de pericu. & commo. rei uendi.

Derelicta, pro derelicta an præſumatur res, quæ proiicitur, uel a qua poſsidens recedit. uide l. ſi finita. §. ſi quis me tu. ff. de damno infec. l. qui leuandæ. ff. ad l. Rho. de iac. & inſtit. de rerum diuiſ. §. ulti.

Deſcriptus in cataſtro æſtimi, in quo apparet de poſſeſsione mea tali, non præſumitur, q̄ in ea habeam dominium. Bar. in l. ſi quis in ſuo. in ſi. princ. ff. de acquir. poſſ. de quo Aret. in §. ſic itaque, num. 7. inſtitut. de actionibus.

Domeſticus præſumitur furari, quod in domo ſubtrahitur. 2. q. 7. ſæpe contigit.

Damnum datum præſumitur a uicinis. uide l. ſi ita. §. ult. ff. de fundo inſtruc. cum ſimi. ut per Luc. de Penna in l. quemadmodum, præſum. 90. C. de agrico. & cenſi. lib. 11.

Defendere ſe ex circumuentione præſumitur, qui ſe defendit ex tempore, in auth. de iis, qui ingre. ad appellan. §. uolumus.

Delictum fateri præſumitur, qui paciſcitur. l. quoniam. ff. de iis, qui no. infam.

Dominus horreorum in culpa ꝑſumitur, ſi aſportatæ ſunt res eis illeſis. l. dominus. ff. loca.

Detrahēs facultates ſuas ad hoc mole debitorum præſumitur. l. ſi quis. C. de reſcind. uendi. uel neceſsitate rei familiaris procedere l. 1. C. de procura.

Debitor ſoluens præſumitur pro ſe potius quàm pro alio ſoluere. l. cum ex pluribus, uer. poſt hunc. ff. de ſolu.

Donatio facta a ſponſo ſponſæ præſumitur contemplatione matrimonij potius, quàm mera liberalitate fieri, no. C. de dona. ante nup. l. cum uete. ū.

Domicilium præſumitur habere, qui in alio loco ſtat per x. annos. l. 1. C. de incolis. li. x. ex quibus cauſis præſumatur mutatio domicilij. Bal. conſil. 393. in 1. num. 2. Pariſius conſi. 12. nu. 12. in 3. volum.

Defenſionem pupilli cognati & affines non omittere præſumuntur. ff. de ex quib. cau. in poſſ. eatur. §. 1. l. hæc autem.

Dari præſumitur, qui iubet dari de ſuo, ſeu quod in eius eſt adminiſtratione id iubere dari. l. non uidebitur. ff. de ſtatulibe. & l. ſtichum. §. ſi hæres, & l. ſi x.

Dilectio maior eſſe præſumitur, ubi plus donatur, de pe. diſtin. 3. ſepties. in fin. & econtra ei plus donari, qui plus diligitur. ff. de legatis primo. l. ſi ſeruus plu-

tur delictum tollit aliam per quam delictum induceretur. Gratus respon. 47. nume. 14. uolum. 1. & respon. 43. num. 42. in secundo.

Dissensus præsumptio resultat propter reuerentiam, quam habere dēt uxor marito. Gratus respon. 54. nume. 45. in 1. uolum.

Donationis præsumptionem inducit absque dubio præsumptio remunerationis propter reciprocam donationem cum consanguinitate. Gratus respon. 94. nu. 20. uol. 1. & respō. 94. nu. 18. uol. 1.

Prę sumitur pro Doctore, qui allegat consuetudinem. Gratus respon. 4. nu. 30. uol. 1.

Præsumptio quælibet, & causa ēt leuis excludit dolum. Gratus respon. 30. nu 11. uol. 2.

Diligentem esse in facto suo quēlibet est præsumptio. Gratus respon. 70. nu. 24.

Doli p̄sumptio opponitur. s. subornationis, maiori petenti ꝓductionem testium post didicita testificata. Rimi. consi. 404. num. 16.

Dacia fraudandi prę sumptio surgit contra non seruātem iter & nauigium consuetum. Rim. consi. 33. nu. 44. limi. ubi fuerit metu hostium, uel alio impetu ibi. nu. 45.

Donationis prę sumptio est, si maritus emat fundum pro uxore & precium quod soluit, cōfessus sit esse uxoris. Rimin. consi. 198. nu. 17.

Prę sumptio nō fit, quòd quis delinquenti præstitit dolum. Rimi. consi. 13. nu. 26.

Præsumptio est aliquando cōtra famulos & uicinos de damno dato, & furto commisso. Rimi. consi. 391. nu. 27.

Præsumitur pro eo, quod delictū excusat. Brunus cons. 27. nu. 8. Crottus cons. 131. nu. 12.

Pro iustitia decreti prę sumitur, sed non pro solemnitate. Neuiza. consi. 85. nu. 39.

Præsumitur in dubio pro eo, qui delictum excusat. Cassane. cōs. 58. nu. 25.

Præsumitur quis scire, quæ domi suæ gerantur l. de tutela. C. de in integr resti. mino. iuxta illud Gellij. Aedibus in nostris, quæ recta, aut praua gerantur. Do. m. Alcia. consi. 13. n. 16. & seq. lib. 2. Tomo j.

Decessisse sine liberis quisque p̄sumitur, nisi contrarium probetur. Capiccius decis. Neap. 159. nu. 11.

Duæ præsumptiones quando cōcurrunt, quarum una est exclusiua delicti, alia inclusiua, semper attenditur exclusiua. Grāma. decisio. Neapo. 18. nū. 5.

Dotatio conueniens præsumitur quam facit pater filiæ. Grammaticus decisio. Neapoli. 57. num. 38.

Præ-

Ripa

Detentator præsumitur possessor. Firma. in reperto. uer. isto.

Diuturnitas temporis facit præsumi consensum. Nisi agatur de graui præiudicio. plura uide congesta per Firma. in uer. isto. diuturnitas. uide omnino pagi. 278. facia 2. col. 1.

Diues præsumitur ignorare uerum precium bonorum suorū Bal. in l. 2. 6. q. C. de rescin. uenditio.

Diues non præsumitur, nisi probetur l. fi. ff. de libe. agno. Firma. in reperto.

Diues non præsumitur ex præterito in præsenti. Bar. in l. in confirmando. in prin. ff. de confir. tuto.

Diuitiæ faciunt præsumi pro diuite potius quàm pro paupere. Firma. in reperto.

Diuisio præsumptiuè probatur. & diuisio inter fratres præsumitur, si unus diu possedit altero sciente & patiente. Item si ambo diu possederūt ꝓ diuiso, si partes. s. possessæ diu pro diuisis sunt æquales, alias non. Firma. in reperto. uer. diuisio. & diuisio ritè facta præsumitur ex possessione diuina pro diuiso. Bald. in consilio diuisio facta. & per glo. in l. pen. C. cōmuni diui.

Doctor præsumitur, qui diu fuit habitus, & reputatus pro doctore. Bal. in l. etiam. C. de appellatio.

Dolus præsumptus quomodo differat, & quomodo cognoscatur. Firma. in reperto.

Dolus præsumptus & lata culpa quomodo differāt. Firma ubi supra.

Dolus in præceptore non præsumitur. Bal. in l. testium, pen. colum. C. de testibus. per l. item quæritur. §. Iulia ff. locat. Item dolus præsumitur ex uiolentia Item præsumitur in testibus. Item dolus præsumitur in reddente ualisiam dissigillatam, quæ fuit posita sigillata. Item non præsumitur dolus regulariter. Itē dolus præsumitur in eo, qui desiit possidere, nisi ꝓbet, ꝙ sine dolo desiit. Item dolus præcedens præsumitur perseuerare etiam, quando non est coniunctus. Item dolus præsumitur, ubi apparet læsio enormis. Item dolus in arbitratore non p̄sumitur, nisi ex qualitate facti aliter præsumi possit, & quia in magna quantitate grauauerit partem. Firma. ibid. Item dolus præsumitur propter clandestinitatem, & in factis occultis. Item dolus ex perspicuis indiciis, & enormi læsione præsumitur, & probatur. Item dolus præsumitur in possessore, qui desiit possidere post datum libellū, uel postquam actor dixit se daturum. Item dolus præsumitur in eo, qui loquitur id, quod

moueat, uel mouere debet uerisimiliter animum uulgi. Itē dolus præsumitur in absentē, qui tenetur aliquid facere & abest. Item in citato personaliter postea se absentante. Itē in debitore obligato ad soluēdum certo loco & tempore, si ibi non sit præsens. Item dolus præsumitur si inimicitia præcesfit delictum, vt incendium. Item dolus præsumitur in eo, qui non fecit id, ad quod scire debebat, uel sciebat se teneri. Item in eo, qui dimittit ex testamento, & eligit uiam succedendi ex substitutione. Item in eo, qui scit factum & facit contra ius maxime, quando agitur de acquirendo. Item dolus præsumitur in prohibitis, & in his, quę cadunt in delictū. Item dolus præsumitur in his, quæ sunt de genere prohibitorum. Item dolus præsumitur ex nimia cautela, & dolus prę sumptus infamat. Dolus autē non præsumitur in homicidio commisso in personam cōsanguinei, uel affinis, uel patris, uel amici. Item dolus præsumitur contra quemlibet occupantem, etiam uacuam possessionem; nisi incontinenti probet esse dominum. Item dolus, uel culpa præsumitur in delicto ex qualitate instrumenti percussorii. Item dolus præsumitur ratione qualitatis personæ percutientis, & ex qualitate instrumenti, cum quo percutit. Item dolus præsumitur ex festina morte, si aliud non apparet. s. qualitas instrumenti percussorii. Item dolus præsumitur in debitore transferente possessionem suam in alium. Item dolus pręsumitur in liter. s. iustitiæ, uel paruæ gratiæ, non in magna. Item dolus præsumitur in renunciationibus mulierum, si asserant se lęsas enormiter. Item dolus præsumitur in eo, qui non edit iudice mandante. Item dolus præsumitur in adulto maiore 18. annis. Itē dolus non præsumitur ubi est expressa præsentia consanguineorum. Item dolus non pręsumitur, ubi interuenit decretum iudicis. Item dolus præsumitur in eo, qui dicit mendacium, si sentiat lucrum, non aliter. Item dolus non præsumitur ex sola falsa assertione alicuius. Item dolus præsumitur in arbitro quādo nullam probationem recepit apud acta, etiam si ex forma compromissi non arctetur ad acta conficienda, quia intelligitur de actis iudiciorum non de probatoriis. Item dolus non præsumitur in arbi. qui laudauit ex consilio sapientis. Item dolus præsumitur in receptatore. Et per quos actus dolus præsuma-

matur. uide not. in l. dolus. C. de rescin. uendit. & hæc omnia supradicta ponit Firmanus in uer. Dolus præsumitur. summatim à me commodi legentiũ congesta gratia.

Domesticus præsumitur scire de domestico l. consensu. §. super seruis C de repu. & Bald. in l. quicunque 1. colum. C. de seruis fugiti & domesticus præsumitur de familia. Bal. l. consentaneum in pen. glo. C. quomodo & quando. Alex. in l. pronũciatio. §. familiæ. ff. de uerbo. significatio.

Dominus præsumitur ex annua fructuum perceptione, l. litib. C. de agricolis & censi. lib. 11. Firma. in reperto.

Donatio præsumitur, quando fit promissio sine causa, & stipulatio interuenit, non si pactũ, uel confessio. Bal. in l. fina. C. si cer. peta. in fi.

Donatio præsumitur facta contẽplatione eius, cui fit. Bal. in l 3 C. qui ad liberta. proclama, non licet.

Donatio non præsumitur facta præsenti ex uerbis instrumenti præsenti & recipienti. Firm. in reperto.

Donandi animus non præsumitur in emente pro alio, si ementi fit traditio, secus, si ei pro quo est emptum l. si filii. & ibi Bar. C. de donatio. inter uirum & uxorem.

Donatio præcedens facit præsumi aliam subsequentem. l. id quod §. si cui. & ibi Bart. ff. manda. & l. si uero non renume. §. idem Papinianus & ibi Barto. eodem titu.

Donatio regulariter non præsumitur l. Campanus ff. de operis libertorum. Fallit primo, nisi fiat à consanguineo, etiã tacitè. s. non petẽdo à consanguineo per longum tempus. secundo nisi sit mutua & reciproca. tertio nisi fiat pauperi nobili, uel diuiti. quarto nisi fiat de modica quãtitate. quinto, nisi diu debitum non petatur. sexto quãdo alius titulus nõ subest. 7. rõne cõsuetudinis ut in iocalibus datis spõsę. 8. si datur sine causa, & stipulatio interuenit, non si pactum, uel conuẽtio, uel cõfessio. 9. si quis sciẽter soluat indebitũ, quo casu uidetur donare, secus, si per errorem. 10. si mater stipuletur pro filiis 11. si accedat in dante ratio sanguinis cum cursu decennij. 12. si præcedant merita condigna. 13. si fiat a diuite, in quo ratione diuitiarũ datio præsumitur liberalitas, sicut ratione dignitatis & nobilitatis. 14. si coniunctus contrahat nomine cõiuncti, quia uidetur donare ei, pro quo cõtrahit, quòd est uerum, nisi stipuletur de mandato eius. 15. si mãdo uolenti donare mihi,

quòd donet tibi, quia uideor donare tibi. item si pater dotans stipuletur restitui dotem filiæ. Item donatio facta præsumitur, & resultat in filium ex stipulatione patris stipulantis sibi in uno casu, & filio in alio casu. Item donatio facta consanguineo nõ præsumitur causa remunerationis. l. Aquilius, ff. de dona. item donatio præsumitur in eo, qui scienter soluit ex falso testamento, & in eo, qui transigit scienter super falso, & in eo, qui causam coloratam apponit in promissione. Item donatio præsumitur quando dos ab extraneo promittitur, nisi is sibi reddi stipuletur. Idem si matrimonium non sequatur, quia non presumitur donatio. Item uerum, etiam si promittitur pro muliere incerta. Donatum an pręsumatur, si unus frater dotat de communi filiam, uel sororẽ suam aliis fratribus scientib. & patientibus. Socin. consil. 5. colum. 4. uer. circa secundam. in 4. uolum. Item donatio pręsumitur inter uiuos, quando patiẽ alterũ stipulari sibi dotẽ. Item donatio non præsumitur facta præsenti, licet instrumentum dicat præsenti & recipienti. Item donatio in dubio non præsumitur, quando potest capi alius sensus. unde si tu petis a me, quòd ego donẽ tibi talem rem, & ego respondeo, & dico, non tantum istud, sed quicquid tibi placet, non intelligitur. quòd tibi donauerim dictam rem per dictam responsionem, ut no. Bald. in ca. cum uenissent, circa fi. de inst. & sequitur Fely. in cap. cum in iuramento in 2. no. de homicidio. Item donatio non præsumitur ex deposito facto per alium pro alio. Item donatio non præsumitur ex deposito facto per uirum pro uxore, & econtra, nec per uerba reddes Titio, uel eius nomine depono, uel Titij sunt. Item nec ex deposito rei meę facto nomine alterius. Item donandi animus non pręsumitur in emente pro alio, si ementi fit traditio, secus si tradatur ei pro quo est facta emptio item donatio inter coniuges præsumitur, quando maritus consumit bona uxore sciente & patiente, aliàs non. item donatio sequens pręsumitur ex alia præcedenti. & an in dubio pręsumatur donatio inter patrẽ, & filium. Item donatio an pręsumatur, quãdo quis emit pro alio de pecunia sua. Item donatio an præsumatur ex pacto, quòd si filia moriatur sine filiis dos reuertatur ad dotantem. Oldrad. consi. 132. supradicta omnia uide per Firman. uer. isto. in reperto. pag. 292.

Do-

Donatio in fraudem an pręsumatur quæ fit a marito sorori uxoris suæ. Firman. in repert. Item donatio in fraudem facta præsumitur, quando donans retinet continuam possessionem, quòd est uerum, nisi ex alia causa remanserit in possessione, uidelicet ex precario. Item non præsumitur donatio fictitia, si donans possideat precario nomine donatarij. Item donatio omnium bonorum præsumitur in fraudem facta. Itē donatio in fraudem facta præsumitur ex reseruatione usússfructus in re donata. Item si fiat coniunctę personæ alia causa non subsistente. Item si fructus percipiat, & domino de eis non respōdeat, donatario. s. Item donatio clam & occulta pręsumitur in fraudem. Item si paulo post sequatur delictum. Item si fiat sub conditione, si bona donantis contigerit confiscari. Item donatio causa mortis per maritum facta uxori cum traditione, licet maritus ut administrator penes se retineat, non præsumitur in fraudem. Item donatio per patrem filio emancipato facta non præsumitur in fraudem. Item donatio facta in fraudem præsumitur inter uiuos. Item donatio facta per prælatum suo ꝓmotori, uel alteri benefactori præsumitur simulata & simoniaca. Item donationis fraudulentæ præsumptio an excludatur per iuramentum donatoris. vide Firman. in repertorio, uer. isto. Item donatio omnium bonorum non præsumitur in fraudem, eo quòd donans remanet in possessione. Rota decisio 131. in no. Item extra Rotam, aliàs decis. 486.

Donatio an pręsumatur inter patrem & filium in dubio. no. ff. de dona. l. ad eum. §. j. Bald. in l. filiæ cuius, & in l. filium, quē C. famil. ercisсun.

Donatio non præsumitur ex deposito facto per uirum pro uxore, uel e contra. l. etiam si ubi Bald. C. de dona. inter uir. & uxorem.

Donatio non præsumitur ex emptione uiri facta nomine uxoris, si non fiat traditio uxori, aliàs sic Firman. pag. 296.

Donatio inter coniuges non præsumitur ex uerbis reddes uxori hanc rem, uel depono pro uxore, uel hæc sunt bona uxoris. glo. singu. Bald. & doct. & in l. etiam si, C. de dona. inter uirum & uxor.

Donatio inter coniuges pręsumitur, quando maritus cōsumit bona uxoris ea sciente & patiente, aliàs non l. de his, ubi Bartol. C. de don. inter uirum & uxorem.

Donatio inter uiuos præsumitur,

tur, quando mulier patitur alterum stipulari sibi dotem soluto matrimonio. Firman. in repertorio.

Donatio inter uiuos pręsumitur quæ fit inter ascendentes, & descendentes. Bal. in l. 2. C. de iu. do.

Donatio inter uiuos pręsumitur, quando in ea fit mentio hæredum. Bal. in l. 2. C. de iure do. Alexand. consi. 59. in 4. parte.

Donatio pręsumitur ꝓpter merita. sułius Firma. in repertor.

Dos an præsumatur peruenisse tota ad patrem, uel ad filium, pro parte ad utrunque, si per instrumentum constet solutũ esse patri, & filio, cuius est uxor. Firman. in reperto. uer. dos an præsumatur.

Dos data, uel promissa præsumitur animo compensandi. l. vxorem, §. pater naturalis. & ibi Bartol. ff. de leg. 3. & Cast. consil. 120.

Dos, quando datur a marito pręsumitur simulata. Firman. in repertorio.

Dotis instrumentum præsumitur prius quàm instrumẽtum fisci. Firman. in repertor.

Dotalia non præsumuntur bona filiæ tradita pro eius sustentatione. l. 3. ubi Bald. C. ne uxor pro marito.

Dotata filia non præsumitur, nisi probetur. Firman. in repert. ubi dicit uerum si appatet ꝓmissa, aliàs non præsumitur indotata, maximè si diu stetit cũ uiro, qui non præsumitur duxisse uxorem indotatam.

Dos a matre data pręsumitur donata, & non computatur in legitimam. glo. in l. 3. §. sed utrũ, de minorib.

Dos pręsumitur constituta per metum, quando matrimoniũ fuit meticulosum. Alcia. consi. 5. num. 43. in 1.

Dolo quid agentes nullã habent pro se præsumptionem. Alcia. consi. 26. nume. 15. in 1. volum.

Decimæ in dubio sunt ecclesiasticæ. Alc. consi. 32. num. 4. in 1.

Donatio non præsumitur. Alcia. consi. 33. num. 2. in 5. & minus

Donatio pręsumitur respectu socrus quàm respectũ uxoris, ex quo cum socru non est tanta coniunctio, & donatio pręsumpta uariè eliditur. Alciat. in consi. 71. num. 3. & 4. lib. 5. uide omnino Menochium de arbitrio iudicis, casu 88. lib. 1.

Donatio non pręsumitur a muliere, quia sexus mulierum naturaliter est auarus. Alc. consi. 118. num. 2. in 5. lib.

Nemo pręsumitur quicquam debere alteri, & tamen solutio inducit contrariam pręsumptionem adeo, ut qui solutum repetit, teneatur ipse probare quod esset indebitum. Alciat. consi. 16. num. 6. lib. 6.

Dispositiones eorum, qui depo

nunt

ri

ri uxori, & econtra. Petr. Rauen. in alphabeto. uer. iniuria. pagi. 69. col. 2. ad fi.

Damnum datum pręsumitur a uicinis. Petr. Rauennas in suo Alphabeto. uer. uicinus.

Donatio, quę fit uxori, pręsumitur fieri in signum pudicitię. l. res uxoris. C. de dona. inter uirum & uxor.

Dominus pręsumitur hodie, qui olim fuit dominus. Angel. in l. siue possidetis. in princip. C. de probatio.

Donatio non pręsumitur, ubi dari potest aliunde coniectura. Cæpola consi. 63. nu. 12.

Dolus manifestus dicitur, de quo præsumptiones ita claræ sunt, ut iudex in claram fidem inducatur, & dolus præsumptus dicitur, quando præsumptiones non sunt ita claræ, sed aliqua indicia apparent. Bar. in trac. testimoniorum, num. 108.

Dominus nemo præsumitur, uel possessor, ubicunque hoc asserat, & dominii probatio est difficilis. Bal. consi. 83. lib. 1.

Diuisio an præsumatur ex tempore cum possessione. Bald. consi. 396. in 1. parte num. 4.

Diuisio præsumitur ex decennali possessione, quia facta relatione de patientia ad patientiam resultat quædam permutatio, cui inest diuisio. Bald. consi. 437. num. 4. in 1.

Dotare præsumitur pater in dubio de suo, non de patrimonio uxoris. Bal. consi. 38. num. 3. in 2. parte, est tex. in l. fi. C. de dotis promissione.

Diuisio præsumitur iuris errore facta, si quid fuit donatum, uel datum uni fratri, uel alteri. Bald. in consilio 300. in secundo, nu. 4. & licet illud retinuerit frater, non nocet fratri longum silentium, quia in rebus, in quibus fuit error, fratres nō habent titulum præscriptionis longi tempori. x. vel xx. annorum, quòd probat ibi plenè Bald.

Dolus præsumitur, ubicunq; est enormis læsio. Bald. consil. 55. in 3. num. 6. Castr. consil. 122. num. 1. in 2. uel maxima læsio. Alex. consi. 47. num. 20. in 1.

Dolus an & quando præsumatur in maleficiis, uel in portante, uel expendente, uel habente falsam monetam. Bald. consil. 155. in 3.

Dotis usuræ, accessiones, siue alimenta non petita uel petitę, & longo tempore omissa petitio, præsumuntur remissę. Bal. consi. 474. in 3. uol.

Dispositio ad pias causas non dicitur, quando consanguineus donat, uel legat coniuncto, & dicit id se facere pro anima, uel causa pietatis, quia præsumitur, quod potius fecerit ꝓpter coniunctionem & sanguinem. Alcia. consi. 229. lib. 9.

Delinquere neminem uelle ius commune præsumit. Cæpola consil.60.num.5.

Doctor legum præsumitur scire leges,& in eo non præsumitur iuris ignorantia. Bart.in consi. 191.num.8.

Discretio naturalis præsumitur inesse cuilibet homini aliàs homo non esset homo,sed quę dam bestia,ut dicit glo.in authen.de Monacis, in princip. Bal.in consi.176. nume.3. in 1. parte,uide omnino.

Doli præsumptionem excludere uolens alleget & probet iustā causam. Bald. in consilio 34. uum.7.

Donare quis non præsumitur suum, sed potius lapsus errore soluisse.Bald.consi.128.li.5.

Dos an præsumatur constituta. Bàld.consi.185.num.1. ubi dicit,quòd non l.mulier,ff.de iure dot.

Dominus loci quando quis præsumatur e xpositione officialium. Cast.in consil.179. nu.4. in primo.

Dotes an præsumantur co latæ in communia societatis. Cast. consi.204.in 2.num.6.

Dominium pręsumitur ex possessione, quando possessio est de præsenti, & quomodo deducatur in iudicium. Cast.in consil. 334.in 2.num.2.

Dolus præsumitur ratione mendacij.Alex.consil.41.nu. quarto,in tertio volum.

Donatio facilè præsumitur inter quos mutuus est amor. Alexā. consi.63.num.14. in 4.

Debitor non præsumitur satisfecisse creditori, nisi probet l. 1. C.de probatio.Alexand. cons. 79.num.2.in 4.uol.

Dominus quis pręsumitur ex possessione l.quidam in suo. ff.de condi. insti. & aduocatus hoc debet allegare,aliàs præsumptio nihil faceret.Alexan.consil.36.num.6.in 5.volum.

Decretum, præsumitur pro iudice, etiam in his, quę sunt uoluntariæ iurisdictionis.

Decretum præsumitur interpositum ex iusta causa. Alexand. consi.80 num.8.in 5. uolu pro decreto tamen minorum non pręsumitur,nec pręsumitur ꝓ decreto,in quo sunt allegādę, & probandæ causæ iustæ & legitimę.Parisius consi.98.num. 17.& num.21.in 1.uol.

Dominium, ubi præsumitur ex possessione,non sufficit allegare & probare de possessione, nisi ponatur & allegetur dominium.Alexand.consil.92. in 5.volum.num.2.

Diligentiam tantam in minore lex non præsumit. Alexand. consi.119.num.11.in 6.uol.

Dolus non præsumitur, sed potius iuris imperitia. Alexand. consi.133.in 6.uolum.

Delictum potius præsumitur fa-

ctum fuisse in loco licito & tẽpore, quàm in alio loco uel tẽpore prohibito. Alexand. consil. 30. num. 8. & 9. in 7. volum.

Et pluralitas delictorũ & actuũ non præsumitur, ibi. num. 11.

Dolus nõ præsumitur in his, quę non sunt de genere prohibitorum. Alexand. in consi. 31. nu. 4. in 7. volum.

Delegatio non pręsumitur, nisi probetur. Alex. in cons. 71. nu. 7. in 7. vol.

Donatio non præsumitur, & debet manifestè probari. Decius in consi. 177. Ias. in consil. 160. in 4. nu. 3. sed potius error in facto proprio pręsumitur. Cur. iun. consi. 56 in 1.

Datio in solutum facta cum decreto habet ꝓ se præsumptionem. Dec. in consi. 209.

Dolus præsumitur in tutore, si conuertit pecunias pupilli in suam utilitatem. Socin. consil. 166. num. 10.

Dolus quando pręsumatur contra administratores. Soci. cõs. 213. in 2.

Donatio an pręsumatur inter cõiunctas personas, quando aliquid plus conceditur. Socin. in consi. 25. num. 10. in 4. uol.

Donatio præsumitur facta inter uiuos, quando non apparet cõmemoratio mortis, et iã si fiat ab infirmo. Abb. in consil. 41. num. 4. & donatio non præsumitur etiam inter coniunctos. Corn. in consil. 211. in 2. uolu. litera X, item ex descriptione ęstimi, uel solutione census & collectarum. ibi. nu. 3.

Diuisio præsumitur facta, portiones seorsum possidendo. Cor. consi. 90. litera L, in 2. & ex longa possessione 20. annorum. Ias. in consil. 128. nume. 2. in 1. vol. & ex possessione separata. x. annorum. Ias. in consil. 172. in 4. num. 2.

Dolus pręsumitur in eo, qui alienat bona restitutioni subiecta. Corneus consi. 140. litera D. in 2. & dolus non præsumitur in dubio. Corn. in consilio 177 litera X, in 2. & omne delictum prauè & dolosè præsumitur actum. Corne. in consil. 205. litera M, in 2. & ex perspicuis indiciis & ex enormi læsione præsumitur. Corn. d. consilio 140.

Donatio in paruis magis de facili præsumitur. Corneus in cõs. 227. litera N, in 2. secus in magnis, etiam inter coniunctos. Ias. consi. 193. num. 2. in 2.

Donatio præsumitur dolosa, quãdo est maioris partis bonorũ, uel omnium bonorum. Corn. in consi. 117. litera V, in 2.

Dolus pręsumitur in eo, cui protestatum fuit. Corn. consi. 205. litera B, & D, in 2. vol.

Doli pręsumptionem inducit tẽporis uicinitas. Corne. in cõsi. 245. litera M, in 2.

Dolus

Dolus de facili præsumitur inter personas suspectas. Corn. consil. 82. litera A, in 3. & in quolibet illicito actu. Corn. consil. 94. litera K, & in consi. 260. litera B, in 3.

Delicta ex præsumptionibus & uiolentis coniecturis probantur. Corn. in consi. 192. in 4. volum. litera B,

Donatio causa mortis, uel inter uiuos propter mentionē mortis prçsumitur. Ias. consi. 5. nu. 2. in 3. & consi. 6. eo. uolum.

Donatio prçsumitur inter scientem facta ex longo temporis cursu. Calcaneus in consil. 23. num. 6. in Christi &c.

Dolus prçsumitur, ubi quis lçditur pro debito proprio, quia & errans non dicitur consentire. Calcan. consi. 25. num. 25.

Dominus quis præsumitur, etiã per possessionem recentem, alio in contrarium non probato. Calcan. consi. 32. nume. 12.

Dolus & fraus præsumitur in argentario, qui tenet libras in locis insolitis. Calcan. in consil. 85. num. 13.

Dolus prçsumitur in laborante, si laboret post factam protestationem. Calcaneus consilio 100. num. 3. ut scilicet non laboret, & uoluit laborare.

Dominus quis præsumitur ex sola præsenti possessione, & sufficit ista probatio, si tale dominium deducatur statim in iudicio, & non solum probatur de possessione prçsenti, sed ẽt de longissima & continua usque in hodiernum diem. Calc. consi. 100. num. 10. & seq.

Donatio & remuneratio prçsumitur facta ex prçcedenti donatione. Gozadin. in consil. 9. num. 56.

Dolus uerus, uel præsumptus de futuro non potest remitti. Gozadin. in consi. 18. num. 5. & an dolus præsumptus dicatur ꝓpriè dolus. Curt. iun. in consil. 141. num. 7. in 2. volum.

Prçsumitur pro decreto iudicis dicentis autentico uiso testamento. Gozad. consi. 21. nu. 36.

Donatio prçsumitur in coniunctam personã per illa uerba. Tolle pecuniam istam. Gozad. in consi. 33. num. 4.

Donatio ex diuturnitate temporis non præsumitur insinuata. Gozadin. in consi. 73. num. 6.

Dolus præsumptus censetur remissus, quando testator reliquit totum illud, in quo tutor reperiretur debitor. Gozadi. in consi. 95. num. 12.

Dolus parentum præsumendus uenit per insufficientem filiç dotationem, nec illi dotationi præsumenda est filia consensisse sponte & uoluntariè. Gozadi. consi. 28. num. 8.

Dolus prçsumitur in renunciationibus mulierum, ubi enormiter leduntur. Gozadin. in

secus tamen si promittat com putato omni eo, quod debet filię ex dote materna, & ex omni causa. quia tunc filię cõputabitur in dotem, quod ei debetur tãquam ex prędictis uerbis dicatur constare de animo patris. Rui. consi. 200. n. 3. in j. uol.

Dolus & fraus in dubio non prę sumitur, quamuis alteri fiat prejudicium, quando quis disponit de re sua. Rui. in consi. 213. nu. 10. in j. uol.

Dolus pręsumptus etiam de futuro, quando remitti possit. Ruin. cons. 70. nu. 13. in 2.

Pro decreto non præsumitur si de minoris lęsione appareat, Rui. consi. 95. nu. 7. uel si in instrumento non enuncietur, φ causæ cognitio fuerit adhibita. ibidem numero ipso, in 5. uolum.

Dolus non pſumitur in mendace qui nullum commodum ex tali consequitur mendacio. Rui. consi. 8. nu. 5. in 4.

Dominum nõ esse duriorem prę sumi non debet. Parisius in cõ si. 22. nume. 89. & 90. in primo. uolum.

Dominium præsumẽdum est rei fuisse illius contra quem executio fuit facta. Parisius consi. 42. nu. 43. in j. uol.

Dolus pręsumitur ex breuitate temporis. Marsil. consilio 3. num. 14.

Doli pręsumptio est iuris & de iure, & contra eam non admittitur probatio. Parisius in consi. 49. nu. 3. & num. 53. in 1. uolum. & non præsumitur, nisi probetur. ibidem nu. 28. & est dolus uerus & præsumptus. ibidem nume. 30. & quando dolus non sit uerus, sed pręsumptus. ibi. nume. 31. & ibi plura de utroque dolo, & de differentia. Et statutum præsumens dolum, qualiter intelligatur ibidem num. 33.

Datio in solutum, non præsumitur usuraria, nec simulata propter modicitatẽ precii quãdoque, sed aliàs contra. Parisius cons. 54. nu. 8. in j. uol.

Donationem non fecisse præsumitur pater, si de filiis cogitasset. Parisius cons. 73. nume. 4. Ratio autem præsumptæ uoluntatis paternæ, quòd reuocetur donatio natiuitate filiorum, quando & quo casu procedat. ibi nu. 54.

Dolus pręsumptus a statuto rescindit liberationem, etiam factam per transactionem. Parisius in cons. 96. nu. 18. quę transactio ita non firmatur iuramento. ibi. nu. 19. & 21.

Domesticis nota pręsumunt, quę domi geruntur. Paris. cons. 119 nu. 18. in j. par.

Disponentes non præsumuntur uoluisse facere actum inualidum & frustratorium. Parisius cons.

rem, mulierem, militem & rusticum, quando occultè qd agunt. Crauetta in consil. 115. num. 5.

Delictum probatur ex pluribus præsumptionibus, modo capitaliter non agatur. Crauetta consi. 134. num. 39.

Dolus præsumitur contra administratorem aliquid facientē ad incommodum eius, cuius bona administrat. Crauetta consi. 142. Item dolus pręsumitur contra eum qui rem alienam consumit, & cōtra eum, qui cum iactura aliena lucrū quærit. Item contra uitricū, qui priuignos odio prosequi pręsumitur. Item dolus facilius præsumitur contra eum, q cōtrahit in domo alterius, & cum persona domestica. Itē quando agitur confusè & sub inuolucro causa nō expressa, cur ita fiat: Item præsumitur dolus in tutore alienante bona pupilli sine causa. Item dolus arguitur contra nō certiorantem alium de iuribus sibi competentib. Item dolus arguitur ex lęsione enormi. item dolus arguitur ex proposito, quando læsio est multum excessiua. Crauetta ubi supra, num 17. & pluribus sequent. in 1. uolum.

Dolus uerus grauior est dolo p̄sumpto. Crauetta consil. 146. num. 6. in 1.

Donatio pręsumitur tribus concurrentibus, imò duobus inter scientes, idest coniunctione sanguinis & cursu longi tēporis. Crauetta consil. 159. nu. 4. item pręsumitur ratione cōiunctionis sanguinis & dotis, quando frater scit filiam patris dotari de bonis communibus, & tacet, ibi. num. 4. uide omnino Alban. in consi. 11. nu. 2. & num. 7. & nu. 8. & in consil. 12. num. 11.

Dolus præsumitur ratione mendacij, & propter mendacium mulier & minor perdunt priuilegium. Crauetta consil. 192. num. 13. in 1.

Dolus pręsumitur in eo, qui facit rem prohibitam. Crauetta in cons. 193. num. 2. item præsumitur in tutore alienāte rem pupilli siue causa, ibi. nume. 2. item in eo, qui facit spreta denūciatione, aut ꝓhibitione sibi facta. item in eo, qui id non facit, ad quod est obligatus, ibi. item in eo, qui transgreditur leges, & qui non seruat uoluntatem testatoris. item in eo, qui alienat bona subiecta restitutioni. ibi. nume. 5.

Donatio in dubio non pręsumitur esse inofficiosa re & consilio. Aret. in consil. 47. nume. 3.

Declaratio potest habere locū, ubi uerba nō sunt omnino clara, licet a iure aliquis intellectus talibus uerbis pręsumptiuè

Chassan.in consi.58.num.25.

Dominium in bonis, quæ præsumuntur empta de pecuniis ecclesię ipsorum incontinēti acquiritur ecclesiæ, per consequens rei uendicatio. Alciat. consi.18.num.9. in 1. uolum.

Decima in dubio pręsumitur ecclesiastica. Alciat.consi.32.nu. 4.in 1.

Dominus habet cōtra se præsumptionem, quādo quid e domo aliqua proiicitur, licet nesciatur, & præsumitur quemlibet scire, quæ domi suæ gerantur. Alciat.consi.13.num.14.& 16. in secundo.

Delictum non pręsumitur, præsertim in persona egregia, & ualde honorata. Alcia.in consi.5.num.8.

Donatio minus præsumitur respectu socrus, quàm respectu uxoris, ex quo cum socru non est tanta coniunctio. Alciatus consi.71.num.3.in 5.lib.

Debere alteri quicquam nemo p̄sumitur, & tamen solutio inducit contrariam pręsumptionem, adeò ut is, qui solutum repetit, teneatur ipse probare indebitum. Alciat.in consi. 16.lib.6.

Donatio non præsumitur in homine cauto. Alciat.consil.31. num.8.lib.8.

Dānum pati sponte uelle nemo præsumitur. Emilia. in consil. 62. num. 6.

Dotatio pręsumitur facta in fraudem fisci. Emilia.in consi.141. nume. 2.

Diuisio præsumitur ex possessione decem annorum facta separatim. Alban.consil.11. num.4. dummodo inter portiones nō sit maxima inæqualitas, ibi.

Damnum præsumitur illatum ab inimicis. Alba in consil.56. num.16.

Donatio potius præsumitur, quā feudum, præsertim cum sit cōcessio per Principem. Alba in consi.64.nu.64.

Delinquere nemo pręsumitur, nisi ex aliqua causa. Follerius inter consi.crim.128.num.13.

Dolus præsumitur in non obuiāte delicto, cum potest. Foller. inter consi.crimin.consil.140. num.8.

Dolus non præsumitur in muliere in dubio. Oratius Lucius inter consi.crim.consi.161.nu. 13.to.j.

Diuturnitas habet præsumptionem. Zas.consi.j.num.40. in 1. uolum.

Disponens non pręsumitur uelle facere contra consuetudinem. Zas.consi.7.nu.18.in j.vol.

Dolus est non prouidere ea, quæ prouideri debebant. Zas.consi.18.num.6.in j.

Dolus pręsumitur propter clandestinitatem, & in factis occultis. Zas.d.consi.18.num. 8. in 1. uolu. & ibi alia de dolo, & ibi; quòd

Facere pręsumuntur homines id quod communiter fit. Bertrã. in consi.266.nu.8. in 3. uolum. libro j.

Fecisse rectè pręsumitur, quando quis facit aliquid, quod ex officio tenetur facere, prout & iudex. Turrecremata in capit, hoc etiam, nu. 2. secunda q.6.fol.88.

Fraus præsumitur & dolus. ubicunque petitio alicuius legitima exceptione elidi potest, si is in ea perseueret l. 1.§. generaliter.ff. de doli excep.

Fraus & dolus præsumitur in omni eo,qui scienter contra æquitatem facit l.qui æquitatem. de doli excep.

Fraus & dolus præsumitur,ubicũque lex dat doli exceptionem Lucas de Penna, in l.quemadmodum.C.de agricol. & censi. lib.10.pręsump.16.

Fraus præsumitur in eo, qui se subtrahit, ne faciat, quod tenetur. C. de pact conuen. inter emp.l.si à te.

Fraus & dolus præsumitur in eo, qui constitutiones principum ignorare se dicit l. iubemus, ad fi.C.de testam.

Fraus præsumitur in legato relicto sub nomine debiti ei, qui ex testamento capere nequit. l.qui testamentum. de proba. & hoc uerum quibuscunq; verbis legetur, etiã cum iuramento.l.cum quis decedens.§.pen. cum ibi no.ff. de leg.3.

Fraus præsumitur facilius committi in ultima uoluntate quã in contractibus inter uiuos. vt no.in l.qui testamentum. ff.de probatio.

Fraus præsumitur in his, quæ aguntur clam.l.fi.ff de ritu nuptiarum.l.non existimo. ff. de admini.tuto.l.pupillus.§. sanè. ff.de aucto.tuto.ubi dicitur, ꝙ uidetur tutor emens rem pupillarem per interpositã personam agere mala fide.

Fraus,& dolus præsumitur in eo, qui magistratus imperio non ob-

obtemperat.l.non potest uideri dolo carere.ff.de reg. iur.

Fraus & dolus præsumitur in fideiussoribus, qui rem pignori obligatam emunt à creditore l.1.C.de dolo.l.si fideiussor.§.Paulus.ff.mand.

Fraus præsumitur & dolus in hærede, qui rem hæreditariã obligatam emit à creditore propter uinculum fraternitatis.l.fi.§.quatuor.ff de leg.2.Quod putat uerum Luc.de Penna in extraneis.secus in filio & coniunctis, argumen.ff.de priuil.credi.l.1.de contrahen.empt.l.qui officii.de re militari l milites.2.respon.& uide.ff.communi diui.l.qui cohæredes.§.& quod ibi no.ita Lucas de Penna in l.quemadmodum.præsump.24.C.de agrico.& censi.libro 11.

Fraus præsumitur, quoties quis contrahit uenditionem, cui ciuitatis suæ publica munera sunt indicta.C.de rescin.uen.l.ij qui.

Fraus præsumitur adoptio facta contra fiscum, ab eo, qui post reatum commissum, etiam ante accusationem suam aliquẽ adoptauit.ff de bonis damno.l.fi.§.ex bonis.

Fraus pręsumitur in eo, qui debet edere, & in totum nõ edit.l.ubi exigitur.ff.de eden.

Fraus & dolus præsumitur commissus à procuratore post litẽ contestatam ab ipso domino fore commissus, cum una persona dicantur.not.ff.de doli exceptio.l.si procurator.in fi.uide plura per Pet.Rauenna.in suo Alphabeto.uer.Fraus.

Fraus præsumitur in eo, qui reuelat archa.5.q.5.qui ambulat.

Fraus præsumitur in eo, qui nõ iure datus est tutor in testamẽto, & administrationi se immiscuit, & non faciens se à iudice confirmari administrationem deserit l.qui.§.1.& 2.ff.de admini.tuto.

Fraus præsumitur in eo, qui pro tutore se gessit, & administrationẽ deseruit, antequam pupilli certificaret agnatos.l.1.in fi.ff.de eo, qui pro tuto.

Fraus præsumitur in curatore, q suo concuratori denegat administrationem communicare, uel aliàs non ex fide gerit.l.actus.ff.de administr.tuto.& uide l.licitatio.§.socii.ff.de publi.

Fraus præsumitur & dolus in eo, qui appellat extra iudicium, & appellationem nõ prosequitur intra annum.c.cum dilectus.de dolo & contuma.& notat Innocenc.in c.dilectus.de maio.& obe.

Feudi concessio ob merita realis esse præsumitur. Moronus de fide, treuga & pace.parte 1.q.63.nu.1.

Fraus præsumitur in minore 20.

annis

annis, qui cum causam manu mittendi non haberet, alii manumittēdum dedit l. si quis. in fi. ff. qui & à quibus.

Fraus præsumitur, cum non capaci legatum relinquitur, & nomen legatarii non exprimitur, sed dicit lego illi, quē scit aliquis, puta Titius. l. Lucius. §. fi. ff. de legat. 1. & ibi no. uide Lucā de Penna in l. 1. C. de dela. lib. 11.

Fraus præsumitur, si testator relinquit aliquid nō capaci mercedis ultra seruitia per legatarium præstita. ff. de lega. 3. l. cū quis decedens. §. Titia.

Fraus præsumitur in matre binuba, quæ dedit dotem secundo uiro, & postmodum illa diminuit, ut filius primi matrimonii ad portionem, quam statuit lex hac edictali. C. de secun. nup. non teneatur. Idem in matre, quæ fecit donationem propter nuptias, ut & postea illam diminuat, ut filius &c. in §. de augmentis in auth. de nuptiis. & ibi no.

Fraus præsumitur in legato relicto mulieri, etiam per militē in quam suspitio cadere potuit. l. mulier. ff. de testa. mili.

Fraus præsumitur, uel negligentia in eo, qui impetratis literis non utitur intra annum. c. 2. in fi. de rescrip.

Fraus præsumitur in matre, quæ filio donauit, & postmodum contractis secundis nuptiis eādem donationem prætextu ingratitudinis reuocare conatur. in auth. de nup. §. matre.

Fraus præsumitur in filio, cui pater debitorum nomina prælegauit, si post testamentum conditum gessit negocia patris, & multos fecit ex paterna pecunia debitores, maioresque pecuniæ summas credidit quā pater fuerat consuetus. l. nomen. §. filio. ff. de leg. 3.

Fraus, & dolus præsumitur in casu. l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testa.

Falsum præsumitur id, quod actū est debitis solemnitatibus prætermissis. l. nulli. C. de munera. circa med.

Falsum præsumitur instrumentū uel charta, si arguatur ipsum de falso, & is, qui dicitur habere illud, exhibere non uult, sacramento, quod illud amiserit non præstito l. cum quidam C. de fide instru. cum ibi no.

Falsum præsumitur rescriptum, & per falsitatem elicitum contra ius obtentum c. 2. in fi. de rescript.

Fornicari præsumitur quis inuentus solus cum sola, secretis in locis, capitulo literis de præsumpt.

Fraus præsumitur in tutore, qui iudicē, aut ministros eius corrupit, ut tutela sibi decerneretur, & hic uelut prædo punitur

tur. ff. de suspect. tutor. l. 3. §. si datis.

Fur præsumitur ingressus domũ. nocturno tempore causa necis inferendę, & dominum causa interficiendi. l. si ut allegas. C. de sicariis

Facilius quis præsumitur deprehendi in furto recenter commisso. C. de suscepto. & archa. l. neminem.

Fugitiuus seruus pręsumitur, qꝑ sciens conseruum confugere illum sequitur & non redit l. quis sit fugiti. §. idem ait. ff. de ędil. edic.

Fugitiuus pręsumitur, qui ligatus uinculis assignatur. l. si tamen. §. ei qui. ff. de ędil. edic.

Fraus aut dolus præsumitur ex uarietate responsionis de eccle. benefi. c. ut nostrum.

Furiosus pręsumitur, qui uerba ad furiosos apta loquitur l. quidam. ff. de condi. insti.

Furiosus semel præsumitur semper furiosus 3. q. 9. indicas. unde, qui dicit aliquem fuisse postea sanæ mentis, illud habet necesse probare. de success. ab intesta. c. cum dilectus. & not. Archi. de hęre. filii, l. b. 6.

Filius pręsumitur noluisse hęreditatem sibi delatam per patrem acquiri, si eo sciente & permittente diu pater hæreditatem possederit l. qui in aliena. post princ. ff. de acquir. hæredita. uide C. de petitio. hę re. l. si filius. & quod ibi no.

Familia pręsumitur id, quod agit de uoluntate domini agere. c. constitutus. de testibus.

Factum suum, quod quis fecit p̄sumitur, quòd iustè uel iniustè tueatur. no. Inno. de arbit. c. 2. & de cleri. c. cum diuersis.

Filiusfamilias p̄sumitur sibi mutuam pecuniam in causam castrensis peculii conuertere. C. ad macedo. l. fi.

Facere de suo promittens pręsumitur, qui promittit, aufert, uel pollicetur l. ultima. C. de dotis promiss.

Familiares habens inhonestos, p̄sumptionem habet contra se. Idem habẽs socios inhonestos Abb. in ca nulli episcoporum. nu. 1. de accusa.

Filius an pręsumatur scire testamentum patris. Bal. consi. 295. in 3. parte. & consil. 403. in 3. parte num. 2. & consi. 392. in 1. nume. 1.

Filius an p̄sumatur filius ex eo, quia natus est in domo patris. Bal. consil. 379. in tertia parte nume. 5.

Fuga carcerati an inducat præsumptionem contra magistratum. Bal. consi. 32. in 5. & 32. in 3. par. nu 5.

Filius possidendo paterna, an pręsumatur immixtio, & sic, quòd fiat hęres. consi. Bal. consi. 304. in 3. nu. 2.

Filius non præsumitur hęres, nisi quo

Fal-

Filius

quando

ctas

ctas personas. l.non solum. ff. de ritu nup.Gozadi. in consil. 1.num. 24.

Fama præsumptionem scientiæ facit.Gozad.consil.8. nu.31.

Filius potest alienare prædium prelegatum sibi, quod non ex cedit legitimam,quia ex præsumpta uoluntate testatoris in ipso prædio posit legitimã sibi detrahere. Bal.consil.328. in 5.uolum.

Feudum præsumitur,quando qs longissimo temporis cursu tã quam uasallus seruiuit, licet ab initio res fuerit libera. Gozadi.consi 9.num.7.in

Feudatarius præsumitur, si post inuestituram soluerit per 30. annos. Gozadin. in consil. 11. num.10.

Frater pro fratre actum gerens præsumitur facere eius mandato.Gozad.consi.11. nu.15.

Filius presumitur legitimus, licet ambo parentes negẽt.Gozad.in consi.12. & præsumptio est pro filio,si maritus confessus est etiam incidenter & propter aliud eum esse filium, licet postea in iudicio neget,ibi num.7.& ibi plura de filiatione. vide omnino, & in consil. 13.per totum, ubi plenisś mẽ de filio & filiatione, & licet pater asserat eum bastardum, & ab adultero sit educatus, tamen filius præsumitur mariti, etiam si mulier fuisset in lupanari, ibi confugito, quando casus eueniret super filiatione & legitimatione.

Fraus usurarum nõ præsumitur, ubi capi potest alia coniectura Gozadin.consi.55. nu.13.

Fiscus semper præsumitur esse soluendo.Ruin.consi.44.num. 8. in 1.

Factum a seruitore, uel familiari præsumitur factum de mandato domini,& quando. Ruin.in consi. 59.num.5.in 1.

Furor in dubio non præsumitur. Rui.consi.67.nu. 1. in 1.

Fraus potest præsumi ex uicinitate actuum cõtra illum,qui gerit actum, & in fauorẽ tertij, sed ad fauorem eius, qui actũ gessit, talis præsumptio locũ non habet.Ruinus consil.177. num.15.

Forma præsumptiuè non adimpletur.Ruin.in consil.13.num. 12.in 2.

Furor de præterito modico tempore durans, non præsumitur in presenti durare.Ruin. consi. 8.nu.3.in 3.

Falsitatis præsumptio resultat, contra instrumentum notarij alias de falso accusati.Ruin.in consi.36.num.4. in 4.vol.

Frater præsumitur modicam expensam donare.Ruin.in consi. 100.num.5.in 4.

Feudum in dubio præsumitur hereditarium. Parisius consi.30. num.9.in 1.parte.

Filius

bari per duos testes. Riminal. consi.6.num.11.

Furti præsumptio cessat in emẽte ex interuallo post commissum furtum.Rimin. in consi.6. num.33.

Furti præsumptio contra habitãtem,uel solitum conuersari in domo,quando militet.Rimin. consi.6.nu.34. in 1.

Fraus de facili prę sumitur aduersus creditores. Riminald. consi.243.num.82.in 2.

Falsum præsumptum in uno capitulo non uitiat reliqua.Rim. con.275.num.9.amplia, prout ibi.num.10.limita. ut ibi.num. 11. in 2.

Filius præsumitur habuisse scientiã simulationis adhibitæ per patrem in contractu. Rimi.in consi.300.num.81.

Filius an præsumatur acquisiuisse ex bonis paternis,uel de se. Rimin.consi.300.num.94.in 2.

Filius præsumitur emancipatus si diu seorsum a patre uixit. Riminal.consi.409.num.11. in 2.volum.

Filiæ præsumuntur consentire, quando pater contrahit sponsalia pro eis,& si non contradicunt,prę sumuntur consentire. Alciat.consi.6.num.13. in 1.

Fideicommissi præsumitur ignorantia.Alciat.in consi.119. nu. 29.lib.9.

Fraus probatur ex comminationibus prę cedentibus. Alciat. consi.149.nu.7.lib.9.

Non præsumitur quis uoluisse ꝓcedere de facto, quando iam cœperat uia iuris experiri, neque mutasse uoluntatem. Alb. consi.46.num.7.

Fugiens cum ense nudo in manibus, præsumitur occidisse eũ, qui reperitur occisus. Alba in consi.56.num.20.

Fenestram quis facere in muro suo ad ęmulationem uicini qs præsumitur. uide omnino Bertran.consi.133.per totum, ubi etiam ponit positiones seu capitula prohibere uolentes. in 3.volum.

Fideicommissum non præsumitur quis uoluisse subuertere, uel fraudare,si habet filios, inter quos etiam est factum fideicommissum &c. Alba consi. 97.num.38.

Falsitatis prę sumptio cessat in instrumento facto coram multis.Bartol.in consi.8. inter consil.crimi.num.15.to.j.

Frater prę sumitur scire facta fratris banniti,& coniuncti.Ang. inter consil.crimi.70. num.34. tomo primo.

Falsitas prę sumitur fabricata ad instantiam producentis, nisi nominet & probet auctorem. Gargiareus inter consi. crimi. 126.num.89. Caualatius inter d.consi.crimin. 129. num.5.

Nemo præsumitur contra factũ suum uenire uoluisse. Zas. in consi.

consil. 11. numero 13.

Famulus consensu domini actū fecisse in dubio præsumitur. Zas.in consi. 15. num. 139.

Fraudatur nemo pręsumitur in officio suo, uel facere actum illicitum. Zasius in consi. 17. nu. 3. & num. 13. in 1. uol.

Fraudator semel, uel calumniator, in aliis etiam causis fraudare & calumniari præsumitur. Zas. in consil. 18. num. 32. in primo.

Facere non pręsumitur quis uoluisse, quod non poterat. Ripa in c. Ludouicus, de rescriptis, num. 8.

Feudalia præsumuntur prædia, quando quis inuestitur de pratis, gerbis aliter ipsis nō specificatis. Brunus consi. 1. num. 3.

Frater pręsumitur dotare sororem. inter consi. Bruni, num. 5. l. unica. §. accedit. C. de rei uxo. actio. Bal. consi. 382. tamē si eadem die apparet instrumentum quietationis factæ p sororem fratri præsumitur dotasse contemplatione illius quietationis, quia præcedentia declarant sequentia.

Fraus pręsumitur faciliter in personis prohibitis aliquid facere. Neuiza. in consi. 33.

Fraus pręsumitur de eo, quod tātum fuit longo tempore occultum. Neuizan. in consil. 57. num. 9.

Fratres, qui steterunt longo tempore diuisi, pręsumuntur diuisi. Neuizan. consil. 57. num. 10.

Fur præsumitur, qui clam rem emerit. Cæpola consil. crimin. 26. num. 14.

Frater & soror, qui palam in uno lecto dormiebant, non præsumuntur incestum committere. Crauetta consi. 321. num. 2. Menochius de arbitr. iudicis casu 244. num. 7. Craue. etiam in consi. 321. per totum.

Filius natus ex pedisequa in domo domini, nō præsumitur domini filius, quia esset indigna præsumptio, nisi probaretur, quòd fuisset eius concubina. Bertran. consi. 147. per totum in 3. uol.

Fractura parietis, seu ianuæ, aut capsæ facit præsumi furtū fuisse commissum respectu illius fracturæ. Grammat. consil. 17. nu. 1.

Falsitas præsumitur ex diuersitate, seu uarietate scripturarum & contrarietate. Grammati. consi. 24. nu. 5.

Filius gesta parētis imitari. Grāmati. consi. 31. nu. 4. & præsumitur eiusdem factionis, sicut pater fuit. & etiam si pater fuit partialis contra Principē, ita & præsumitur filius partialis, uel fidelis. Gramma. consi. 35. nume. 5.

Famulus, seu famula dum reperitur in domo mortua, præsumitur à domino domus occisus,

uel à domina, si dominus est absens. Grammatic. uoto 23. nu. 3.

Furiosus præsumitur ille, quē pater furiosum esse reputauit. Machellus patrocinio 3. numero 6.

Furtum præsumitur factum culpa debentium custodire rem furatam. Machell. patroci. 46. nume. 10.

Feudalia bona præsumūtur, quādo posſidentur ut feudalia. & feudatarius quis non præsumitur, nisi probetur. Bellonus cōsi. 10. nu. 8. & 10. Cepha. consil. 172 in 2.

Fraus abest & non p̄sumitur propter modicam quantitatem, Luchi. de Curte inter consil. cri. per Ziletum consi. 44. n. 15 in 1. lib.

Furiosus, probato quòd quis fuerit in furore, si confessus fuit contenta in inquisitione uera esse, præsumitur etiam tūc tēporis in furore perstitisse. Frāciscus de Ramponibus inter consi. cri. diuersorum per Ziletum consi. 45. nu. 8. in 2. libro, uide omnino Boerium q. 23. n. 86. & 88. parte 1. ubi plura.

Furtum præsumitur ex retentione factą rei alienæ contra domini rei uoluntatem. Calepinus inter consi. crimi. diuersorum per Ziletum consi. 51. nu. 9. in 2. libro §. gallinarum. inst. de rerum diuisio. & in l. alienū. C. de furtis. & ibi gl. in uer. donauerit. & l. qui re sibi cōmodata. ff. de furtis. & §. furtū autem. insti. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur. vide Archiepiscopum Flo. in eius summa. parte 2. titulo 1. cap. 15. de speciebus furti. §. 2. Ait enim S. Augustinus. Si inuenisti, & non reddisti, rapuisti, uide in Chatechismo moderno. in præcepto Decalogi. Non furtum facies. fol. 491. ubi de uariis furtorum generibus agitur. Item furtum præsumitur commissum potius à familiaribus quàm ab extraneis. Paris. in tracta. Syndica. §. licet, tomo 14. fol. 161. colum. 2. ad fin. Item furtum prēsumit̄ factum culpa debentium custodire rē furatam. Machellus patrocinio 46. nume. 10. & patrocinio 59. nu. 3.

Filii habitando in domo patris præsumuntur hæredes patris, & paternam hæreditatē acquisiuisse. Bombinus consi. 18. nu. 7. & 27.

Feudum quando præsumatur hęreditarium, & feudum nō pręsumitur merè hæreditarium. Mod. Par. consi. 50. numero 2. & 42.

Factum præsumitur quid eo nomine, quo iussus p̄cesſit. Crottus consi. 57. nu. 6.

Fraudis præsumptio cessat, si uēditor cōstituit se emptoris nomine

mine posſidere. & reſpondet emptori de fructibus. Crottus conſi. 141.

Fraus præſumeretur, ſi probaretur relicta per maritum fuiſſe prius relicta uxori, quòd poſtea de uoluntate uxoris maritus ea trāſtulit in cōiunctum, aut ualde fidum & amicū uxoris. inter conſi. ultimarum uoluntatum, conſi. 168. num. 28.

Filius in dubio præſumitur naturalis, & non ſpurius. Brunus inter conſilia per Ziletum ulti. uolunta. 175. num. 63. uide omnino. Boſsius de coitu damnato nu. 77.

Filius talis præſumitur, qualis à patre fuit in ſuo teſtamēto nominatus. Cephal. conſi. 48. nu. 13. & præſumptio accipitur, quæ filiis prodeſt. ibi. nu. 18. in 1. uol.

Filius an pręſumatur natus ante uel poſt contractum matrimonium. Cephalus conſi. 82. nu. 56. Et pręſumitur legitimè natus fauore filiationis & matrimonii. ibid. nu. 59. Et filii præſumuntur legitimi, ubi conſtat de matrimonio uero, ſeu putatiuo. Et filius legitimus non præſumitur, niſi probetur matrimonium. legitimū. ibi nu 64.

Feneſtras quis in ſuo feciſſe præſumitur ad ſuum commodū. Cephal. in conſil. 130. nume. 8. in primo.

Fraus non pręſumitur in eo, qui iuxta Aduocati conſilium facit. Cęphalus in conſi. 179. nu. 23.

Falſitatis præſumptio ceſſat in homine bonę famæ. Cepha. cōſi. 230. nu. 18. in 2. & ibi alia, & quòd ut pręſumatur falſitas, requirit interueniſſe magnū commodum, num. 19. Niſi maliosè actū fuiſſet. Portius conſi. 93. nume. 11. & ibi plura de falſitate.

Feudum nō pręſumitur antiquū, quando dicens eſſe antiquum illud non poſſidet. Ceph. conſi. 272. nu. 131. in 3.

Facti euidentia tollit omnē pręſumptionem contrariam. Rolan. conſi. 2. nu. 130.

Fideicommiſſi onus non facile pręſumitur. Portius conſ. 137. nume. 17.

Filius illorum pręſumitur, qui ut parentes illum habuerunt pro filio. Vbaldus de canonica. §. ſecundo principaliter, nume. 15. Tomo 4.

Filius pręſumitur futurus ſimilis patri. Bonico. in tract. de Nobilitate, in quarta par. num. 2. Tomo 5.

Fraus pręſumitur, ſi res donatas donator à donatario conduxiſſe reperiatur. Pet. Antibo. in tract. de Muneribus §. 4. nu. 72. Tomo 6.

Fraus præſumitur, ſi de creditorum remittentium non conſtet. Caccialu. in tracta. de

pactis

pactis 11.q.nu.2.

Fugitiuus non pręsumitur, qui statim sponte sua reuertitur. Grilandus de relaxa. carcera. §. quęro primo, Tomo 15.n.8. fol.130.

Filius iuris pręsumptione est hęres patris. Tiraquellus de utroque retractu.§.1.in glo.9.nu.51 uide postea.

Fratres quando pręsumantur ignorare fideicommissum. uel hæres, quę in testamento. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu.13.ff. de verbo.oblig.

Furtiuæ rei emptor ex indiciis, & p̄sumptionibus fuerit sciés, uel ignorans præsumitur. Bartol. in l.2. C. de furtis.

Filius an p̄sumatur diues ex bonis patris, uel aliunde. Bart. in l. cum oportet. nu.5. C. de bonis, quæ lib.

Bonus ille præsumitur, qui ter se bene habuit in aliquo exercitio Bartol. in l.1. C. de athletis, libro 10.

Filius non præsumitur nutritus in domo. Abb. in c. trásmisisse. qui filii sint legitimi, nu.2.

Filius pręsumitur hæres. Abb. in c. quòd nobis, qui filii sint legitimi, num.3. Alex. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. nu. 11. ff. solut. matri.

Falsitas quando pręsumatur cōmissa per officialem Papæ, uel per impetrantem. Abb. in ca. ex conscientia. numero quarto de crimine falsi.

Filius, qui non est industriosus, nec apparet, unde aliunde quęrere poterit; præsumitur de bonis patris quæsiisse, Bertr. in consi.148. num.11. in 3. vol. libro 1.

Filius in dubio non pręsumitur hæres patris, in c.1.nu.3. de solutionibus.

Falsum non pręsumitur committi à magno uiro. Abb. in ca. te nobis, nume.2. de clericis peregrinis.

Filius si efficitur studiosus præsumitur acquirere ex eius industria, & ex officio sibi concesso aliàs secus. vide omnino Lucá de Pen. in l.7. ad fi. C. de iure fisci, lib.10.

Filius non pręsumitur eius à quo filius uocatur, Saly. in l. nō nudis. C. de proba. nu.1.

Fama publica presumptioné inducit. Saly. in l. si tutor. C. de periculo tuto. ubi dicit tenendú hoc cordi.

Furtiua res nō pręsumatur, quæ apud aliquem est reperta. Saly. in l. ciuile nu.5. C. de furtis. ubi inspicitur qualitas personæ.

Factum in tempore licito pręsumit in delictis. Ias. in l. ut vim. nu.8. ff. de iust. & iure.

Filius, qui per decem annos habitauit seorsum à patre, præsumitur ab eo emancipatus. Ias. in l. qui in aliena. numero 50.

50. ff.de acquirenda hęredita.
Filius emancipatus, qui tenuit lõgo tempore aliquas res paternas, nec apparet quo iure, pręsumit pater ei donasse. Iaſ.in d.l.qui in aliena nu.51. ff.de acqui.hęre.
Filius præſumitur inſtitutus cõtemplatione patris, quando facta fuit mentio de patre. Iaſ.in l.is qui §. 1.nume.21.ff. de acq. hęredi.
Filius in dubio præſumitur legitimus & naturalis. Iaſ. in l. is qui putat.nume.20. ff.de acq. hęred.
Filius in dubio pręſumitur exhæredatus bona mẽte. Iaſ.in l. ſi mater, nu.5.ff.de uulg.
Filius in dubio præſumitur in poteſtate, niſi probetur emancipatus. Iaſ.in l & ſi pepercerit. §.ſi ita teſtatus.n.13.ff.de libe. & poſthu.
Filius magis præſumitur, qui alimentatur, quã qui nominatur uerbo filius. Iaſ.in l. ſi poſthumus.§.ſi quis ita, nu.13.ff.de liberis & poſthu.
Facta nobilium pręſumuntur nota. & ideo non toleratur ignorantia. Iaſ.in l. ſi res obligata. nu.42.ff.de leg.1.
Filius in dubio non præſumitur ſe immiſcuiſſe hereditati paternæ, niſi creditores hoc probent. Iaſ.in l. ſi tibi. §. filio pater, nu.22.ff.de leg.1.
Feudum eſt quædã ſeruitus. ideo in dubio eſt pręſumẽdum res allodialis. & ſic libera. Iaſ. in l. ſi prius.nume.41. ff. de operis no.nunc.
Filius ſuus pręſumitur, & dicitur habere notitiam teſtamẽti patris, Dec.in l.cũ quid. §. quòd ſi ſtipulatus. ff. ſi certum peta. nume.10
Filius ſemper præſumitur eſſe in poteſtate patris, niſi contrarium probetur. Alexan. in l. ſi emancipati, nu.2.C.de collat.
Furor non præſumitur, niſi probetur, & quilibet pręſumitur ſanę mentis, adeò quòd transfertur onus probandi in aduerſarium. Alex. in l.ſi poteſt. ff.de acqui.hęre.
Familia quicquid facit pręſumitur facere cõſenſu domini. Alexand.in l.in prouinciali.§.ſi qs ipſi prętori.num.24.ff.de noui operis nun.
Fictio aliud eſt quàm pſumptio, quia fictio eſt quando fingimus contra ueritatẽ, de qua certi ſumus, ſed pręſumptio eſt quando pręſumimus id, qđ eſt in dubio. Alexand.in l. ſi aliquam rem.nu.19.ff. de acquir. poſſeſſ.
Famulus iudicis quis non præſumitur, ſi non defert ueſtes, & inſignia deferri ſolita. Ang.in l.item apud.§. ſi quis uirgines. ff.de iniuriis.
Frater non præſumitur ſcire factum fratris ſui, licet præſumatur,

ætur scire iura sanguinis. Ange. in l. quoniam, num. 1. C. de iure delibe.

Fornicatio præsumpta, dum tamen sit grauis, & uiolenta, facit, quòd maritus potest dimittere uxorē. Bermondus de concubi. tit. de fornicatione in genere nu. 15. fol. 19.

Fallitas magis præsumitur in clādestinis. Capra cons. 45. nu. 12. & facilius præsumitur in absolutoriis, & sic gratiosis. Capra ibi. nu. 7.

Fœmina non præsumitur liberalis. Bertr. in consi. 141. nu. 5. & seq. in 2. uol.

Fraus prę sumitur ex his, quę cito & incontinenti fiunt. Affli. super constitut. regni, titu. de sacramen. præstan. à Campio. rub. 36. fol. 79. numero tertio, libro 2.

Fraus non prę sumitur, nec simulatio in eo ꝙ alia uia obtineri poterat. Mod. Par. in consu. feudo. §. 23. nu. 5.

Flumē, quod est in conşino duarum Ciuitatum, uel Territoriorū, utrique commune esse prę sumitur, & cuilibet Ciuitati competit pro medietate. Franciscus Marcus decisio. Delphina. 345. nume. 3 & flumina pro limitibus in dubio præsumuntur. idem decisio. 344. nu. 8. & 343. nu. 3.

Famulus fugiens à domino prę sumitur res ante fugam perditas furto subtraxisse Marsil. in Prac. §. diligenter, num. 47. Prę sumptio tamē inducta per fugam tollitur per iuramentum ipsius fugientis, ibi nume. 43. vide omnino, quæ dicit Petr. Duenas reg. 307 ubi tradit regulam cum fallentiis.

Fur præsumitur, qui est solitus furari. Marsil. in prac. §. diligēter nu. 102. quia semel malus &c. ibi. nu. 100.

Fama mala alicuius de prę terito facit eum malum prę sumi in eodem genere mali. Brunus de indiciis, nu. 57. fol. 88.

Fuga, quando prę sumptionem inducat. Brunus de indi. & tortura. nu. 12. fol. 12. & fol. 24. num. 11. & fol. 10. §. Circa tertium, ubi plenè.

Filius non prę sumitur dissimilis patri. Follerius in practi. cri. uer. Item quòd commisit crimen lesę Maiestatis, nu. 28. iuxta illud. sępe solet filius similis esse patri.

Feudum prę sumitur esse concessum secundum propriam naturam. Bal. super feudis. §. prę terea, numero 1. quid sit inuestitura.

Fiscus semper præsumitur locuples, soluendo, & idoneus successor l. fi. ff. de fun. do.

Filius spurius p̄sumitur per fraudem habuisse quicquid penes eum reperitur. in prag. sanc. fol. 213.

Filius

sit præsens, uel absens, quãdo contra ipsum præscribitur. Decis.Tholo.q.228.& in addi.

Præsumi an debeat unicum factum, quando eodem loco & tempore fuerunt duo instrumenta super eadem re, & an prçsumatur error, uel falsitas si plus in uno, quàm in alio cõtinetur. Milius in repertor.

Facere quis præsumitur nomine proprio, non alterius, & ideo alteri non quæritur ex illo actu, nisi gestus esset nomine alterius. Alex.in l.solutum.§.per liberam, de pigno.actio.

Facta non præsumuntur. l.in bello.§.factę.ff.de postlimi. reuer. cum simili. ut per Firman. ista litera.

Facta non præsumuntur esse uera, nisi in scriptura apponatur tale uerbum, quod de necessitate includat factum, tunc lex bene præsumit. l. sciendũ, & ibi per Ias.j.no. ff.de uerbo. obligation.

Factum superioris, quod poterat referri ad ius, non præsumitur dispẽsatiuum, cap.dudum, de decimis, & Bald.& l.bonorum C.qui admitti.

Factum prçsumitur ab eo, uel nomine eius, qui facere debet. Bar.in d.l.cum seruus.& Bald. in l.pen.C.de condi.inser. Firin reperto.

Falsitas instrumenti adeo non præsumitur, quòd potius prçsumatur uarietas loci, uel tẽporis pro eo saluando. Firma. in reperto.

Falsitas non præsumitur, si aliter scriptum reperiatur a notario quàm fuerit dictum a partib. nisi ex aliis circunstantiis prç sumatur. Firman.in reperto.

Falsitas, ut non præsumatur, fit interpretatio uerbi apti importare, uel non importare falsitatem, ut non importet. Firman.ibi.

Falsum præsumitur instrumentũ non solemne.Bart.in l.nulli, C. de nu.& actua.lib.12.

Familiaritas non facit præsumi mandatum.Bal.in l.j.4.colum. C.de seruis fugit.item nec culpam, nec suspicionem criminis facit.Bald.ibi.

Familiaris si quid fecit, præsumitur de conscientia domini factum, quando ex facto famuli immediate res peruenit ad dominum, secus, si peruenit alio modo.Firma.uer.familiaris.

Fœmina præsumitur esse prægnans, si habet lac. item intra tres menses, aliàs non creditur ei. Firman. in reperto. ubi etiam obstetricibus creditur in hoc.

Fœmina p̃sumitur ignorare ius. Ang.in auth.de incestis nup.§. j.in fi.col.2.

Feudum prçsumitur perpetuũ, si non apparet de concessione limitata. Firman. in repert.

Fictio non cadit in statutis, sed bene præsumptio. uide omnino Firman. in reperto. uersic. fictio.

Filiatio præsumitur legitima ex marito, etiam si constet, quòd uxor cum alio concubuerit. Firman. in repert. uer. filiatio, ubi plenè, etiam si natus sit in prostibulo, nõ post x. menses, sed intra x. mẽses, quo mulier fugit a marito, ibi.

Filia præsumitur consentire patri. Bal. in l. si fine, ad Velleian.

Filius præsumitur dominus rerũ patris, uel matris. Bal. in l. j. C. ad exhiben.

Filius an pręsumatur hęres ex habitatione in domo patris. Fir. in reperto. uer. filius hæres.

Filius præsumitur hæres statim, quòd suscipit iudicium hæreditarium. Firman. ibi.

Filius hæres non præsumitur scire gesta per patrem. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. Bertachinus in repert. isto uer. fol. 109.

Filius hæres, qui cępit soluere legata præsumitur scire tenorẽ testamenti. Pau. de Cast. cons. 10. Firman. ibi.

Filius an præsumatur acquisiuisse ex re patris, uel ex communi, uel ex industria. Firman. fusius in repertor. uer. filius acquirit. fol. 112. uide omnino, & in sequen. uersi.

Fines agri non præsumuntur mutati, nisi constet. l. in finalib. & ibi Bal. ff. fini. regun.

Forma non seruata non præsumitur utilitas minoris, uel ecclesiæ in contractu. Bal. in l. quęcunque, C. de bonis quæ liber. & Bar. in l. 1. C. de solu. & libera. de ciui. lib. a. n.

Fornicatio præsumitur ex facilitate delinquendi, puta contra eũ, qui sub specie famulæ retinet alienam uxorem. Bald. in l. fi. C. si man. ita fue. alien. ue. prost. tuatur. Firman.

Fornicatio præsumitur, quando duæ personę suspectæ in loco secreto sępius inueniuntur solæ. Specula. de proba. §. 2. uers. uiolenta, uel de præsumpt. §. 2. uer. uiolẽtia, quòd uerum est, si essent sexus disparis, & locus sit solitarius. c. tertio loco, & ibi Abb de præsumptio. Firman.

Frater emens an præsumatur emisse de pecunia dotali, uel de communi. Angel. in consil. incip. Bartholomęus

Frater præsumitur emisse nomine proprio, licet de pecunia communi, quòd si nõ apparet cuius fuerit pecunia, pręsumitur propria, nisi ex coniecturis illud constet. Firman. in uersi. frater, uide omnino.

Frater emens præsumitur emisse de pecunia communi, & tenetur communicare fratri socio. Firman. ubi supra.

Fraudis ratione præsumptæ quãdoque

doque quis cōpellitur iurare.
Fraus, non præsumitur, si licētia sit petita. Firman. in repert.
Fraus ex plurib. præsumitur, primo in donatione, si donator percipit fructus ex re donata. item ex actuum celeritate, & ex nimia liberalitate. itē ubicunque minor apparet læsus. item in emptione facta per interpositam personam, nisi fiat palam & bona fide. item præsumitur fraus in filio repudiante, & postea emente per interpositam personam. Item præsumitur fraus, si filius bastardus emit ab eo, cui pater uendidit. item præsumitur, si mutuum fit cū pacto, ꝙ restituatur ei, quem Titius declarabit & Titius declaret filium mutuantis. item præsumitur, cum constet de damno, & non aliter. item ex nimiis cautelis. itē ex clausulis insolitis. item ex qualitate personæ, si est solitus fenerari. item ex petitione clādestina. item præsumitur fraus de facili inter coniunctas personas. item in donatione, quæ fit coniunctæ personæ, si sit facta in præiudicium tertij. itē in hærede repudiāte, si postea possideat post repudiationē. item præsumitur in patre alienante in præiudicium filiorū, quando peruenit ad eam ætatem, in qua filios habere non potest. item quando facit, ut priuet successione eum, qui deberet de iure succedere. itē si alienat titulo lucratiuo. itē si alienat titulo oneroso pro modico precio, quod tamen uerum est, nisi ob causam necessariam fiat alienatio. item quoties est iuris communis præsumptio, toties præsumitur fraus. item si fiat alienatio omnium bonorum ex titulo lucratiuo, uel de maiori parte bonorum, uel etiam si particulariter nominatim de omnib. reb. item si bona patris sunt apud spurium. item si fiat omnium bonorum etiam coniunctæ personæ. Idem si fiat clam. item si post alienationem alienans reperitur in possessione. Nisi in donatione omnium bonorum. item si detur in dotem filiæ extranei, ergo non si propriæ. item præsumitur fraus, si quis cito post condemnationem dat bona sua in solutum ad mandatum alterius iudicis, nam tunc excluditur a beneficio læsionis. item ex paruitate precij, uel pensionis. itē si fiat cessio alteri, qui cedat prohibito, uel si fiat procuratori cum pacto non reddendi rationem, in quem per statutum cessio perhibetur. item si fiat a debitore sciente se inopem, & habere multum æs alienum, supradicta omnia ponit Bertachinus in repert. uer.

fraus

fraus præsumitur. quę fusius probat.

Fuga facit pręsumi fugientem esse bannitum, quãdo sunt duo Titii, & unus est bannitus, sed ignoratur quis eorum sit bannitus. & licet fuga aliquã pręsumptioné faceret contra aliquem, tollitur iuramento fugientis. Firma in reper.

Fugitiuus præsumitur, qui repertus est in crimine c. ut famæ. de sententia excommu. Item qui accusatus est de crimine. Firma. in reperto.

Furor non præsumitur, nisi probetur. Firma. in reperto. Item furor ex præterito non præsumitur in præsenti, nisi probetur: cum præsumatur cessasse. ibi. fusius, & ibi quando furor pręsumatur durare.

Furtum non præsumitur contra personam honestam ex possessione rei furtiuæ. Nec contra aliam, nisi esset consueta emere res furtiuas. Firman. in reperto.

Furtum præsumitur factum à uicinis. Nisi sint bonæ famæ. Firma. ibi.

Factum ob causam necessariam quid esse pręsumitur. præsumitur enim factum, quod de iure erat faciendum. Crauetta consil. 22. nume. 5. & 149. num. 12. in 1. uolu. & ita in emphyteusi concessa tradit Cephalus consi. 9. nu. 16. in 1. vol.

Filiæ pręsumuntur scire, quando pater contrahit sponsalia pro eis, & si non contradicunt, pręsumuntur consentire. Alcia. cõsi. 6. nu. 13. in 1.

Fraus præsumitur ex coniunctione personarum, quando quis non potest relinquere marito aut filiis mariti, relinquit uxori suæ matri filiorum. Alciat. consi. 7. lib. 2. sed tollitur fraus ex aliis coniecturis. Alc. consi. 144. nu. 9. in 5.

Fraus præsumitur per interpositionem personæ, ubi probetur interpositio, & de re prohibita agatur. Alcia. cons. 7. lib. 2 nume. 8.

Filius pręsumitur si sit institutus quando constat illum esse filiũ illegitimum testatoris. Alc. cõsi. 51. nu. 3. lib. 5.

Facta non præsumuntur, nisi probentur. Alcia. consi. 51. num. 7. lib. 5.

Filius ad hoc ut præsumatur esse in potestate. & legitimus pendet ex matrimonio. inst. de patria potesta. in prin. l. item in potestate. ff. de his, qui sunt sui &c. Alcia. consil. 53. num. 2. in quinto.

Contra delinquentem facilius p̃sumitur fraus q̃ cõtra adeuntem, & aliàs facientem actum licitum. Alcia. cons. 94. nu. 9. in 5. libro.

Facere quis in suo nemo præsumitur causa nocendi uicino, Ias.

Iaſ.in l.ex hoc iure col. 2. ff.de iuſti.& iure.

Fraus præſumitur ex actu clam geſto. & clam geſtum dicitur illud, quod taliter eſt factum, ut ad eius, cuius intereſt notitiam, non peruenit. Alcia. cõſi.69.nu.12.& ſeq.lib.8.

Propter coniunctionem lex non præſumit fraudem interuenire, quia uinculum ſanguinis infirmat talem coniecturam. Alciat.conſi.115.nu.3.lib.8.

In fideicommiſsis præſumptiones, & coniecturæ uoluntatis dummodo ſint probabiles, ſufficiũt. Alciat.conſi. 36.nu.25. lib.vltimo.

Fraus in non conſueto fœnerari, maxime in alio cõtractu quã mutui non præſumitur. Roſellus inter conſil. diuerſorũ per Ziletum conſi.141.nu. 9.

Falſarius quis eſſe præſumitur, q ſemel ſcriptura ſuſpecta in iudicio eſt uſus l.iubemus. C. de proba.

Filii à iure prçſumuntur eſſe uiri & uxoris, quãdo uir ille & mulier ſimul alentes familiam cohabitant. Iodocus in prac. ciuili cap.78.nu.42.

Fideiuſſor ille præſumitur, qui ꝓmittit ſoluere id, quod ab alio debetur. Ruin.conſil.99. in 5.uol.

Prçſumptio ſumitur ab eo, quod frequentius fieri ſolet, ſi appareat, alioquin de minori precio ſumitur. l.ſemper in ſtipulationibus. l. ſemper in obſcuris. ff.de regu.iur. Mod.Par.conſi.10.nu.10.

Filius in dubio præſumitur naturalis & non ſpurius quoties, pater in teſtamento ipſum naturalem nominat. & onus probandi contrarium in aliũ trãſfertur. Alciat.conſil.58.ad fin. ultimo uol.

Fur an ille præſumatur, in cuius domo reperitur res furtiua, uide Petrum Rauenn. in ſuo Alphabeto aureo.uer.fama.& ait Bal. in l.fi.ff.de hære.inſti.ꝙ aut eſt bonæ famæ.aut non.

Furioſus ſemel ſemper præſumitur furioſus. Pet. Rauennas in ſuo Alphabeto, uerſicu.furor. Curti.iun.in conſi.151.nu.7.in 2. uolu.

Factum prçſumitur factum à perſona illa, quæ illud factum tenebatur facere. Pet. Rauennas in ſuo Alphabeto, uerſi.facere. in fine.

Frater præſumitur amicabilior ſibi quàm fratri, cum quo non habitat. Bart. in tract. de duobus fratribus, nu.37. fol. 121.

Falſarius an coniecturis. ſeu præſumptionibus? Cur. ſen.conſi. 55. Iaſ.conſi.153. ubi in eadem cauſa contrarium conſuluit.

Filii non præſumuntur in conditione poſiti, quando teſtator hæredem inſtituit in uita tantum & duntaxat. Ruin. conſilio

lio tertio, numero 26. in 2.

Fratres non præsumuntur socii omnium bonorum, ex sola nõ diuisione. Bal.consi.451.nu.2. in tertio.

Fraus admissa p̃sumitur in contractu simili pignori, si cũ usurario contrahitur. Bald. consil. 464.in 1.nu.4.

Filius præsumitur hæres, quo ad sententiam realem, non autẽ personalem. Bal.in consil. 128. nu.4 in 4.uol.

Fideicommiss. pro fideicommisso pręsumitur, quo ad ordinẽ mortalitatis. l. ex facto. §. si qs rogatus. ff.ad Treb.Bal. consi. 216.in 4.uol.

Filia præsumitur dotata de bonis patris. Bald.consi.479.in 4. nume.2.

Furtum pręsumitur factum contra eum, qui habet introitum ad horreum conductum fractum & ruptum postea. Bald. consi.152.in 5.uol.

Filius non præsumitur meus, nisi probaretur, quòd mater esset mea concubina. Bal. in l. filiũ. ff.de iis, qui sunt sui. colum. 2. & ibi dicit, quòd pater & mater si dicant, quòd puer eorũ filius sit spurius, non creditur eis, nisi cum ratione loquantur. qđ no. pro D.Ale.Albergeto Doctore nostro.

Filius legitimus probatur, ubi p̃cedit matrimonium, & cohabitatio uiri, & uxoris, & hoc ꝓbatur per uicinos. Bald. in l. filium. ff.de iis, qui sunt sui 7. colum. 2.

Factum non præsumitur in iudicio, si non reperitur scriptum. Dominic. de S.Gemini. in cap. qui nesciunt, colum. prima. distin. 4.

Filius pręsumitur esse illius factionis, cuius erat pater. Bart. in tract. de guelphis & gebellinis. nu. 13.

Fama inducit præsumptionẽ ueritatis & existentiæ. Igitur laudati homines & famosi in sciẽtia sunt maioris auctoritatis q̃ alii l. prouidendum. in fi. C. de postulan. Petr. Rauennas in suo Alphabeto aureo. in notabilibus, fol.185. col. 3. ad fi.

Feudum in dubio præsumitur hęreditarium. Mod.Par.consi.50. num. 2.

Filius qui detinuit hæreditatem per decem annos, præsumuntur omnia solenniter acta. Petri. Rauẽnas in Alphabeto uer. Pax. fol. 108. col. 3. ad fi.

Filius in dubio præsumitur in potestate. Cassane. in consue. Burgun. fol. 213. num. 1. & semper præsumitur filiusfamilias usque ad centum annos, donec aliter constare possit quòd pater non uiuat. ibi. nu. 3.

Filius talis præsumitur qualis pater. plura Grammatic. in consilio 31. nu. 4. in cri.

Fideicommissum non præsumitur

tur, nisi probetur, quia est facti. Cępha.consi.68.nu.27.

Fideicommissum ut habeat locum, præsumitur quòd substitutus superuixerit post mortē hęredis grauati. Plotus inter consi. diuersorum in ultimis volūtatibus per Ziletum consil.168.nu.18.

Falsitas in dubio non est præsumenda.Cępola in consi. 38.nu. 13.in ciuilibus consi.

Fraus testatoris an præsumatur propter coniunctionem personæ? Bar.in consil.194.num.1. ubi dicit, quòd hoc solum quo ad pręsumptionem non sufficit.ubi etiam dicit Bart. quòd fraus testatoris non præsumitur, si reliquit oĩa bona uxori, rogans eam, ut restituat, quibus sibi uidebitur, & ipsa non potest eligere spurium.

Fundus dotalis præsumitur possessus à marito post mortem uxoris & filiorum infantium iure hęreditario.Bar.cõs. 212. nume.3.

Facere quis in dubio præsumitur eo modo, quo licitè potest l.merito.ff.pro socio.Bar.consi.212.nume.4.& in dubio præsumendum est, quòd quis habeat animum faciendi, quod in delictum non cadit. Bart.q. 10.nu.4.

Fratres simul habitantes, si negociantur, non præsumuntur socii.Bar.in tract.de duobus fratribus.nume.21. & ibi quando præsumantur socii.in seq. Bal. consi.451.in 3.lib.nu.2.

Filii legitimi & naturales ex legitimo matrimonio uero, uel præsumpto nati dicuntur.Bar. in tracta. succesfionis ab intestato nu.1.

Filius in dubio præsumitur mariti, etiam quòd modo aliter dicat.Bertran.consi.221.nu.1.in 2.vol. in antiquis.

Filius in dubio pręsumitur esse in potestate patris. Bertran.consi.4.nu.8.in 2.vol. secundę partis.in antiquis.

Filius præsumitur natus ex marito, quantumcunque uxor cum alio adulteretur.Anto.Gabr. in suo Communium conclus.tit.de pręsump.conclu.14 ubi ampliat, & limitat, etiam ꝙ non neget.Bald.consi.34. in 1.volum.

Facere quis præsumitur illud, qđ communiter fit, ut ff. de proba.l.si pactum, col.2.Bal.in l. secunda, col.pen.nu.25.C.de rescin.uendi.

Fideicommissum tacitum & iuri contrarium de restituēdo non capaci non præsumitur iniunctū, nisi probetur. Bal.in consi. 91.nu.1.in 1.vol.

Fraus pręsumitur propter immēsitatem donationis.Bal.consi. 113.nu.1.in 1.vol.

Fraus præsumitur ex uarietate contractus.l.ab Anastasio.C.

mãda.Item præsumitur fraus. ex succesſiuis cautelis l.6.ff.de condi.inſtitu.in glo.& Bald.in conſi.125.in j.

Filius ex eo, quia fuit inſtitutus, vt filius in primo teſtamento, præſumitur filius,& legitimus filius.Bal.in conſil.134. nu.1.in primo uol ubi pro Do.Alexãdro de Alberghetis legum Do ctore & D. Iulio Syluestro Iu. Vtr. Doct. Ferrarienſ. & aliàs filius non præſumitur in patris poteſtate. Aſca Clementinus de patria poteſtate.ca.5. nu.77.fol.46.

Filius, qui tempore patris detinebat & habebat quoddã ire & agere poſt mortem patris plenè præſumitur posſidere,& & immediatè.Bal.conſ. 141.co lum.2.nu.6.in j.

Fraus ẽt præſumitur, quoties de bitor ante hypothecam alienat bona.Bal.conſi. 149. in 1.

Filius habitando domum paternam p̃ſumitur ſe immiſcere hæreditati paternæ,niſi ſubſit alia ratio posſidendi. Bal.con ſi.207.nu.2.in 1.uol. ubi etiam dicit,quòd quis p̃ſumitur poſſidere ex titulo præcedenti.

Fraus præſumitur propter legis interdictum. Item propter pſonas ſuſpectas.Bal.conſ. 298. in primo.

Filius mortuo patre dicens certum fundum ſibi fuiſſe à patre donatum, eo quia per decennium uiuo patre, & patiente eum poſſedit,de fructibus pro libito uoluntatis diſponendo, hoc modo præſumitur, & pro batur donatio. Iaſ. in l. qui in aliena.ff.de acquirenda hęredi ta nu.48. Redoanus de rebus eccle.non alienand. pagi.228. num.22.

Feudum eſt quędã ſeruitus præter naturam rerum, quę aliqñ fuerunt liberę & hodie præſumuntur.Bal.conſi.351.nu.7. in 1.volum.

Fugitiuus præſumitur in dolo. l. impuberibus. ff. de ſuſpectis. tuto.Bal.conſi.432.in 1.

Facere quis præſumitur nomine illius, qui prius ſibi mãdatum fecit. Bald.in conſi.61.nu.3. in ſecundo vol.

Fama conſonans pręſumitur uera, & addit credibilitatem di cto teſtis, & eſt quoddam ueſti mentum eius & calefacit ipſum dictum, ut aliquid pariat ultra quàm pareret, ſi eſſet p ſe nudum. Bal.conſi.123.in 2.

Fructus lucrari non debet propter dolum præſumptum.Bal dus conſi.344.nu.1.in 2.

Fructus reſtituere hęres mariti tenetur uxori ex rebus paraphernalibus per uirum perceptis,cum præſumantur percepti contra eius uoluntatẽ. Bal. conſi.367.n.6.in 2.

Fama bona multum prodeſt homini ad excludendas pręſumptiones

ptiones delictorum. & maxime enormium. quia bona fama est quędam lex, quæ ostendit hominis qualitatem. Bal. consil.410.colum.2.nume.5.in 2.uolum.

Facta talia esse præsumũtur, quales sunt homines. l. fina. ff. de actio.& oblig.Bal.consf.77.nu. 3.in 3.uol.

Feudalia præsumuntur. quę sunt de Territorii Imperii.Bal.consi.121.nu.10. in 3.vol.

Facta sua malè facere quis non præsumitur, uel ad inopiam uergere,nisi probetur per rei euidentiam,uel iudicia manifesta,uel sit ualde clamosa vox in populo, quę habeatur pro quodam notorio, vel per discursores datos ad inquirendum de facultatibus, & relationem ipsorum legitimè factam. vide omnino Bal.in consi.122.nu.3.in 3.vol.

Feudum præsumitur antiquum, eo,quòd à multis retro genitoribus fuit sic processum, &. sic nominatum, quia antiquitas præstat causam præscribẽdi,& præsumendi. Bald.consil. 310.nu.5.in 3.uol.

Facere quis præsumitur nomine proprio, non alterius,& ideo alteri non quæritur ex illo actu, nisi gestus esset nomine alterius.Alex.in l.solutum. §.liberam,de pigno.actio.

Factum non præsumitur, nisi probetur.Corneus consf.181.in 2. & Firma.ver. factum.

Factum pręsumitur ab eo, uel nomine eius, qui facere debet. Firman.

Factum pręsumitur eo nomine, quo testator iussit. Firma.

Falsitas, quando non præsumatur.Firma.isto vers. vel præsumatur.ibi.

Fama publica facit pręsumi sciẽtiam.Firman.versic.Fama publica.

Fœmina pręsumitur pręgnans, si habet lac, & præsumitur paritura tres filios.Firmanus. ver. Fœmina.

Fœmina præsumitur ignorare.Iason Ang.in auth.de incestis nupt.§.1.in fi.

Feudum pręsumitur perpetuum si non appàret de tempore cõcessionis.Firma.ver.Feudum.

Fictio & pręsumptio differunt. quia fictio non cadit in statutis, sed præsumptio sic. Firm. uersi. filio.

Filiatio pręsumptione iuris probatur.Corn.consil.39. uersi.2. tractatus,in 1.par.

Filiatio præsumitur legitima ex marito, etiam si constet, quòd uxor cum alio concubuerit. Etiam si esset natus in prostibulo.Firman.uer. filiatio.

Filiatio non probatur ex eo, ꝙ quis appellatur filius in testamento, sed tunc præsumitur, nisi contrarium probetur,quã

do est in quasi possessione. Firman uersi.filiatio.

Filia nupta non pręsumitur dotata, nisi constet. Bald. in auth. res, quæ 2. col. C. communia de lega.

Filius pręsumitur dominus rerū patris, uel matris. Bal. in l. 1. C. ad exhiben.

Filio præsumitur uelle prouidere pater. Firman.

Filius legitimus præsumitur esse sub potestate patris. Bar. in l. Titia, ff solu. matr. nisi in possessione sit sui iuris, ut in glo. Firman.

Filius non præsumitur esse emancipatus, nisi doceatur. l. 2. & ibi Bald. C. de patr. potesta. Firm. & filius in potestate patris est, & esse pręsumitur, nisi sui iuris esse probetur. Firman. uers. filius in potestate.

Filius ex concubina postea maritata an pręsumatur ex concubinario, an ex marito. Bald. in l. si matre. C. de suis & legiti.

Filius non præsumitur hæres patris, nisi probetur, plura Firm. uer. filius hæres, & an præsumatur hæres ex cohabitatione in domo patris, ibi.

Filius hæres non pręsumitur scire gesta per patrem, l. qui in alterius. ff. de reg. iu. Firma. uer. filius hęres patris.

Filius an præsumatur acquisiuisse ex re patris, uel ex communi, uel ex industria. uide omnino. Firma. uers. filius acquirit, fol. 112. par. 2. ubi plura.

Fines agri non pręsumuntur mutati, nisi constet. l. in finalib. & ibi Bald. ff. fi. regun.

Fornicatio pręsumitur, quando duę personæ suspectæ in loco secreto sæpius inueniuntur solę, si essent sexus disparis, & locus sit solitarius. Firman. uer. fornicatio.

Frater habitans cum fratre præsumitur amicitior ei, cum quo habitat, quàm alteri fratri cū quo non habitat. Firman.

Frater socius emens præsumitur emisse de pecunia communi, nisi emat pro se tantum. l. si patrus, C. communia utriusque iudic.

Frater pręsumitur repudiasse hæreditatem patris patiēdo diu hæreditatis partem suam esse apud fratrem. Firman. ubi hoc limitat.

Fraus quando præsumatur, ponit Firmanus in uer. fraus, ibi con fugito, ubi plenè.

Fuga si facit præsumptionem cōtra aliquē, illa fuga tollitur iuramento fugientis. Firma. uer. fuga in singula. fol. 131. in 2. parte, col. 2.

Furor pręsumitur durare triennio, sed alius morbus anno durare præsumitur. Firman. uer. furor, & præsumitur furiosus perseuerare in furore. Parisius consil. 87. nume. 12. in 3. ubi &

alia

talia circa contractus furiosi.

Furtum præsumitur commissum ab eo, apud quem reperitur res furtiua, si sit homo malæ famæ, & uitę. Nisi doceat a quo habuerit. Firma. uers. furtum. & præsumitur factum culpa patientis illud, ibi. & præsumitur factum a custodibus rei, a quibus est inchoandum ad torturam, ibi. & per Imolã consi. 2. col. 2.

Filiatio spuria præsumptiuè probatur rebus & factis, & per uerisimilia & communiter accidentia. Parisius consi. 10. num. 60. in 2. uolum. & per totum, ubi limitatur l. filiũ, ff. de iis, qui sunt sui &c. & ibi probatur, quando filius spurius adulteri filius esse posſit, & dicatur.

Fideicommissum per testatorem factum semper præsumitur illud fecisse, secundum consuetudinem loci & patrię, etsi ꝙ de ea nihil sit dictum. Parisius in consi. 7. num. 41. in 3.

Fideicommissum & dispositio testatoris in dubio ut ualeat, p̃sumendum est, fuisse iniunctũ primis hæredibus, & non personis filiorum, positorum in conditione, communis est conclusio, de qua Parisius consil. 42. num. 11. in 3.

Malafides causata ex litis contestatione dicitur præsumpta, q̃ hæredi nō nocet, licet uera noceret. & quid sit in ficta. Rui. consi.118.nu.6.in 4. uol.

Metus reuerentialis præsumitur in fratre, sicut etiam in patre & marito. Ruin.in consi. 140. nu.10.in 4. uol. Non præsumitur tamen metus reuerentialis nisi minæ probentur. Alcia. consi.36.nu.8.in 5.uol. uide tamen Albam.d.cons.77.

Maior 25. annorum præsumitur ignorare actum esse nullum, nisi sit iurisperitus.Rui.in consi.142.nu.8.in 4.

Mala fides defuncti præsumpta & causata ab errore iuris non nocet hęredi uolenti præscribere.Parisius consi.23,nu.214. in 1.parte. & successores alicuius,qui fuit in mala fide,possunt inchoare præscriptionem ex persona sua propria. ibid. nu.210.uide plura de m ala fide præsumpta. per Bertachin. uer.isto.

Malafides præsumitur in causa ardua,& feudali, & in occupatione,etiam quo ad successores. Parisius consi. 27.nume.125.& consi.29.nu.25.& sequen. eod. uolumi.

Maritus pręsumitur perseuerare in donatione per eum facta. Parisius consi. 128.nume.38.in primo uolum.

Maritus præsumitur carnaliter cognoscere uxorem cohabitātem.Parisi.in consi.9. nume. 4. in primo.

Mens præsumpta testatoris est potius dilexisse suos quàm extraneos. Parisius in consi. 41. nu.48.in 1.

Mater non pręsumitur odio uelle prosequi filium.Parisius consi. 69.in tertio uolum. nume. 43. fol.95.

Matrimonium primum præsumitur, si illa uxor prima fuit transducta ad domum tanquā uxor nam per tacitum consensum præsumitur, quòd uerba præcesserint de præsenti. Parisius consi. 57.nu.6.in 4. & matrimonium primū pręsumitur ex cohabitatione simultanea, & ex fama loci.ibi.nu.7.

Metus præſumitur, quando remittitur, uel ſit aliquid, quod non eſt ueriſimile. Pariſius in conſi.58.nu 67.in 4.

Mulier habet omnem præſumptionem, quòd nolit damnũ mariti. Pariſius conſi. 87.n.16. in 4.uol.

Metus præſumitur, quando remittitur, vel vẽditur, quod nõ eſt veriſimile. Pariſius in conſ. 139.nu.19.in 4.vol.

Mortuus repertus in puteo præſumitur, quòd ſe non præcipitauerit. & ideo poteſt ſepeliri in cimiterio, uel eccleſia. Soci. iun.in conſi.51.nume.1.& 2.in primo vol.

Malafides præſumpta, ex quo qs rem vacantem accepit, non nocet ſucceſſoribus, quin ex eorum perſona posſint præſcribere. Soci.iunior in conſil. 76.nu.99

Metus præſumptio ceſſat, etiam quando interuenerint minę. quando contractus eſt coram conſanguineis geſtus. Soci.iunior in conſi.67.nu.4. in 2.

Matrimonium præſumitur, ſi Senator honeſtam & liberã mulierem in domo retinuerit, & cum ea longo tempore cõuerſatus fuerit.

Magiſter percutiens diſcipulum pſumitur ex cauſa correctionis. Firma.in repertor. uerſi. magiſter, ubi docet capitulare ſuper hoc.

Maior an præſumatur is, qui fuit minor. Firma. ver. maior.

Mala fides pręſumitur ex quàm pluribus. de quibus Firmanus in uer. malafides præſumitur ubi fuſisſimè.

Maleficium præſumitur factum tempore, quo licuit, ut non puniatur, non autem tempore prohibito, quando utroq; tempore potuit cõmitti. Barto.in l.non ſolum.§. ſed ut reprobari.ff.de operis no.nunc. & ibi etiam uide, quid de loco.

Mandatum præſumitur in eo apud quem inſtrumenta cauſæ reperiuntur. Firman.uerſicul. Mandatum qualiter fiat, nu. 19.item & per oſtenſionem ſigilli factam à perſona non domeſtica, ſecus ſi domeſtica q̃ ueriſimile potuerit ſurripere. Firma.ibidem, & non pręſumitur ex ſolius ſigilli ſine ſcriptura oſtenſione.ibi.

Mandatum præſumitur ex minis, Firma.

Mandati ſolennitas an præſumatur ex diuturnitate temporis. Firma.ibi.

Mandatum, & uoluntas pręſumitur ex conſuetudine. l. Titianus.ff.quod cum eo.Bal.in l. 1. C.de exercito. Firma.ibi.

Mandatum præſumitur in eo, qui impetrat literas ſine alicuius contradictione. Firma. ibidem.

Manda-

Mandatum non præsumitur reuocatum ex lapsu longi temporis, nisi causa superueniat. Firma.ver.isto.

Maritus præsumitur dominus ꝑpter præeminētiam, nisi vxor probet res esse suas, etiã per scripturam priuatam. Ex qualitate verò rerum quandoque præsumitur domina, etiam si non probet se dominam, vt si sint uestes muliebres. Firma. versicul.maritus administrat. num.13.

Maritus pręsumitur habuisse totum precium rei venditæ, licet in instrumento maritus & vxor simul vendiderint, & confessi fuerint precium recepisse. Firman.ver. maritus aliena re.nu.7.

Masculus pręsumitur primo natus quàm fęmina, quando ex uno vtero simul nascũtur duo filii s.mas& femella. Firm.uer. masculus.

Matriculatus pręsumitur exercere artem, in qua est matriculatus. Bald.in rubri. C. de exercitoria.

Matrimonium pręsumptũ qualiter fiat. Specul. de pręsump. versi.necessaria..

Matrimoniũ an præsumatur consumatum per minorem cohabitantem. Cast.in consi. 270.

Matrimonii probatio, uel præsumpto fit modis, de quibus ꝑ Firma.in reperto.versi.matrimonii probatio. & matrimonium fuisse legitimum, uel præsumptiuum quibus modis probetur, & quibus non. Firma.ibi.vide omnino, vbi plures casus, quibus præsumitur matrimonium.

Medio tempore pręsumitur possessio ex extremitate temporum. Firma.uersic. medio tempore.

Mendacium pręsumitur dolo dictum, si ex eo sentiat commodum is, qui mendacium dixit l.eleganter. §. idem Pompon. & ibi Bar.ff.de dolo.

Mens Principis in dubio præsumitur fuisse talis, qualis de iure esse debet, fusius Firmanus ver.mens.

Mens sana præsumitur in testatore, nisi contrarium probetur. Firma.uersi. mens sana.

Mercator præsumitur scripsisse in libro suo rationem de mandato debitoris, cum quo contraxit. Firma.vers.mercator.

Meretrix pręsumitur, de cuius domo scholaris est visus exire. item si consueuit intrare nunc vnam domum, nunc aliam. Firma.ver.meretrix.

Metus quando præsumatur. vide plenè Firma.versi. metus non præsumitur.& Vitalem in tracta. clausularum. vbi plenissimè de metu plurium personarum.

Minister præsumitur, qui stipulatur

latur pro alio l.cum quis. §.nuptura.ff.de leg.3.

Memor non præsumitur ex præterito in præsenti.Specula. de actio.seu peti.§.2. versic. quid ergo.

Minor an excusetur à dolo præsumpto.glo.quod non in l.vbi exigitur.ff.de eden.

Minor præsumitur læsus ex mutuo sibi facto à creditore vsurario & cum fenore, non autē sine fenore l.1.& ibi Barto.C si aduer.credit.

Minor iurasse non præsumitur in contractu.l.sciēdum, ff.de uerbo.obli.Firm.

Minor iurans non contrauenire. an præsumatur scire beneficiū restitutionis in integrum sibi competens, vt illi videatur tacitè renuntiare. Firma.uersic. minor iurat. & minor iurans non præsumitur læsus ex iuramēto sibi præstito, vel à se delato.item nec ex eo,quòd non appellauit,nisi probet appellationem fuisse sibi vtilem. item nisi renūciet appellationi post sententiam, secus si ante, nisi constet, quòd fouerit iustam causam. itē nec præsumitur læsus, & ideo non restituitur, si intra terminum non probauit, nisi probet se habuisse probationes. Firman. vers.minor iurat.

Minor iurans non præsumitur periurus, nec potest probari periurus,no.in l.qui iurasse. & in l.aliàs.ff. de iureiur. Firma. vbi supra.

Minor iurans præsumitur deierasse, si apparet contrarium eius,quod iurauit. Barto.in l. qui iurasse.in prin. de iureiur. Secus in pupillo,qui non præsumitur periurus, etiam si cōtrarium eius,quod iurauit,appareat, quòd præsumitur oblitus .ibidem.

Mora contra hæredem præsumitur,sed nō in clandestinis. Firma.uer.mora.

Mortuus præsumitur,qui non reperitur. Bar. l. & si percussor. §.fin.ff.ad Sylla.aliàs in l. & si certus.§.si vnus.

Mortuus ex vulneribus non curatis an p̄sumatur mortuus ex vulnerib. mortalibus. Bal. in c.1.5.col.quibus mo. feud. amittatur.

Mors licet plenè non probetur per vnum testem, tamen præsumitur, licet aliàs vita præsumatur.Firma.

Moriens an semper præsumatur verum dicere. Firma.

Mortuus præsumitur quis post centum annos, non ante, nisi allegetur uiuere, & probetur semel fuisse viuum. Firma.

An mortuus quis ex vulneribus præsumatur. Firmanus fusissimè.

Mortuus an præsumatur pœnituisse

tuiſſe in articulo mortis. Fir.

Mulier non præſumitur in dolo. l. ubi, in prin. ff. de eden. Bal. in l. fi. 3. q. C. de iure delibe.

Mulier præſumitur ſterilis poſt l. annos. Niſi probetur fertilis, & peperiſſe poſt ab eo, qui allegat fertilem, licet rarò contingat. Firmanus uer. mulier.

Mulier præſumitur habere animum ſobolis procreandæ l. 2. & ibi Bar. C. de indicta uiduitate tollenda.

Mulier prægnans pręſumitur, ut intra tres menſes poſt mortē mariti. niſi ſit ſenex, uel ſterilis. Bal. in l. decreto. C. de infa.

Mulier prægnans, quando moritur, lex præſumit partum ſuperuiuere. Firma. uerſi. mulier prægnans, in fine.

Mulier pręſumitur obligata ex quadam ſimplicitate, etiam ſi iuret, & ideo non obligatur, ſed debet eius iuramentum tanquam captatorium relaxari per epiſcopum. Bald. in rub. C. de rerum permuta.

Mutuum an præſumatur ex ſimplici datione, uel numeratione pecuniæ. Firma. uer. iſto.

Mutuum ſtudenti pręſumitur uerſum in cauſam ſtudij. Firman. ibi.

Mutuum præſumitur uerſum in emptiones nuper factas. Bart. in l. fi. C. ad Velleian. per l. 1. in prin. C. de pigno. & in l. Imperator. §. fi. de leg. 2.

Mutuans præſumitur dominus pecuniæ mutuatæ. ſecundum Flor. in l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſerui. uendi. per l. nam & ſi fur. ff. ſi cer. peta. Firma.

Mulier quidquid acquirit conſtāte matrimonio, uel poſtea facta uidua pręſumitur acquirere ex bonis uiri. Niſi contrarium doceat, & probet. Pariſ. in conſi. 62. per totum. volu. 1. uide omnino pro Domino Currerio.

Mandatum principis non præſumitur conceſſum ad damnum tertij, ſed per importunitatē.

Nec præſumitur Papa & Princeps, uti plenitudine poteſtatis. Pariſius conſil. 82 nu. 57. & 58. in 1. vol. etiam quòd adſint clauſulæ prægnantes, ut ibi.

Mutatio uoluntatis non præſumitur, ſed perſeuerantia, & ideo donatio non reuocatur per confeſsionem teſtamenti, in quo adſit clauſula caſſans, &c. Pariſius conſi. 128. num. 39. in 1. uolum. Cacheranus deciſ. 169. num. 11.

Mutare autem uoluntatem ſuā teſtator non præſumitur, ſine aliqua cauſa. Pariſius conſi. 61. num. 44. in ſecundo.

Metus non præſumitur in muliere, quando contrahit cum patre. Pariſius conſi. 26. num. 65. in tertio.

Mortuus in dubio præſumitur potius prius filius impubes, quàm

quàm mater l. cum mulier. ff. de rebus dub.Corn.consi. 196. per totum,in 1.ubi quando p̄sumatur prius mortuus an pater,uel filius.vide omnino,etiā tempore pestis.

Matrimonium inter cohabitantes,ut uir,& uxor de iure ciuili præsumitur,de iure canonico secus.Zannet. in tracta. de diffe. inter ius cano. & ciuile, num.271.tomo 1.

Monialis præsumitur, quæ inter moniales reperitur.Maluitius in trac.de canoniza. sanctorū, in ult.dubio,nu.35. to.3.

Maritus nobilis præsumitur donare ea, quæ uxori concesƒit. Bonicon.in trac.de nobilitate par. 1.num.22.tomo 5.

Metum inferre non præsumitur iudex.Parif.in trac. syndica.§. an si,tomo 14.fol. 104. num.3. colum.4. reus tamen qui aufugit propter nimiam iudicis seuitiam non habet præsumptionem criminis contra se. Idem Parif.ubi supra, §. subiicio,num.8.fol. 111.col.3. ad fi. & malum semper præsumitur de malo iudice. Grilandus de relaxa. carcera. §. quæro primo,num.11.tomo 15.

Mandatum præsumitur acceptū propter iudicij auctoritatem, ubi quis constituit procuratorem apud acta præsentem.Lāfranc. in trac. de arbitris, in prin.num.19. tomo 18.

Masculus præsumitur prior natus, quàm fœmina. Tiraquell. in tract.de iure primogeniorum, in 7.& 8. opinione 17. q. num. 1.& seq. & in suo de legibus connubialibus in l. 1. numero 58.

Meretrix præsumitur, quæ uagari solet. Tiraquellus de legib. connubialibus in x. l. connubialem,num.34.

Mulier præsumitur uiri seductionibus decipi. Cassaneus in cōsuetud. Burgundiæ, titulo des droictz § 4.uer.ne peult.num. 11.fol.142.

Mala fides præsumpta quomodo intelligatur. Capicius decis. 86.num.9. & purgatur spacio 30.annorum ibi. nu. 10. & mala fides præsumitur in eo, qui procurat habere nouos titulos confirmationis. ibi.nu.12.

Minor aduersus dolum præsumptum quomodo saluatur.Bar. in l.ubi exigitur.ff.de eden.

Cum plures simul moriuntur,alter alteri superuixisse non præsumitur. Bar.in l.quod de pariter, num.1. ff. de rebus dubiis.

Magnanimus quis præsumitur ex magnitudine ædificiorum. Bar.in l.2.C.de prædiis, & omnibus rebus nauiculariorum. l.b.10.nu.5.fol.35.

Matrimonium præsumptum habet tantam uim, quantam uerum, unde, quòd dispositum est in casu uero habet locum

in præsumpto. Abb. in cap. ueniens, num. 6. de sponsa. & ma.

Mortuus quis non præsumitur, licet habita diligenti inquisitione ignoratur, ubi sit. Abb. in capit. in præsentia, num. 4. de sponsalibus.

Mulier si contrahat matrimoniũ uerisimilis p̄sumptio de morte mariti eam excusat. Abb. in c. in præsentia, num. 4. de sponsalibus & matri.

Matrimonium non præsumitur, etiã probata cohabitatione, cohabitatio tamen per longũ tempus cum aliis adminiculis facit præsumptionem pro matrimonio. Abb. in c. consultationi, num. 5. de sponsalibus & matrimo. & presumptum matrimonium tenet, licet secundum uerum matrimoninm su perueniat. Abb. in c. is qui, nu. 3. de sponsa. & matri.

Matrimonium si non est consumatum præsumitur impedimentum precessisse, & illo probato separatur matrimoniũ. Abb. in c. libere, num. 3. de frigidis, & malefi.

Minor semper præsumitur deceptus. Abb. in cap. cum causa, num. 13. de emptione, & uend.

Metus non præsumitur in muliere ex presentia mariti. Abb. in cap. causam, nu. 5. de offic. delega. & an præsumatur durare metus, si postea appareat aliquid uoluntariè factũ. Abb. in c. ad audientiam, num. 3. de his, quæ ui metusve causa fiũt. Cacheranus decisione Pedemontana 179. uide omnino.

Mercator uilis non præsumitur habere res preciosas, idem de paupere. Abb. in c. super eo. de his, quę ui metusve causa.

Mandatum præsumitur, quoties quis agit nomine alicuius ipso pręsente & non contradicẽte. Abb. in c. caterùm, num. 11. de iudiciis.

Minatus fuit quidam percutere aliquem, & ille reperitur percussus & ignoratur a quo, an pręsumatur, quòd fuerit ille, qui minatus est. Abb. in c. scribam, de præsumptio.

Matrimonium an pręsumatur, si probatur, quòd maritus dederit annulum mulieri. Abb. in c. illud. num. 12. de præsumptio. & si probetur, quod tantum mulier portat annulum, an præsumatur matrimoniũ. ibi. num. 13. & ibi num. 3. nam signum ęquiuocum ad plura non probat, nec pręsumptionem facit pro altero tantum.

Monacus, qui professus est, de ui ac uiolentia suorum parentũ conqueritur, dicendo, quòd monasterium cõtra animi sui uoluntatem ingressus sit, præsumptio uehemens est in contrarium. Nam ob id, quòd cõfitetur se esse professum, ius p̄sumit, quòd omnia sint acta

ac

ac celebrata per ipsius consensum, donec aliqua in contrarium probatio proferatur. vide no.glo.pro hac pręsump. materia in l. is qui fidē, in uer. contra pręsumptionem, extra de sponsalibus & matrimo.

Morituri citius pręsumuntur pa rētes uelut antiquiores, quàm filij.l.hęreditatum. ff.ad l.falci diam.l.qui duos,§.cum in bello,& §.fi.de rebus dub.

Mortuus ex uulnere, quādo quis pręsumatur.Bart. in tracta. de percussionibus,num.1.

Mulier an pręsumatur omnia bo na sua dare in dotem.Alexan. in consi.144.num.1. in 5.& ibi etiam dicit nume.8. quòd uir non præsumitur consumere fructus bonorum mulieris ipsius mulieris uoluntate, quia genus mulierum est auarissimum. Alexand. in consil. 142. num.2.in 6.uolum.

Moram committere uelle nemo pręsumitur.Alexan.consi.194. num.6.in 6.uolum.

Motus principis non præsumitur, quando non est inserta in literis clausula ex motu proprio.Alexan.in consil. 112. nu. 2.in 7.uol.

Mortuus præsumitur ille, qui nō reperitur.Dec. consi.652. numero tertio.Herculan. in suo, de negatiua,num.290. ubi modum probandi mortem plurifariam probat.

Media talia pręsumuntur, qualia probantur pręcedentia & sequentia.Socin. consi.73.num. 22.in 1.uol.

Metus, quando præsumatur extortus, quando filia contrahit, cum patre. Socin. consil. 263. num.6. in 2.

Metu tormentorum pręsumitur facta confessio incontinenti post tormenta.Soci.consi.263. num.10.in 2.

Mala fides præsumitur in factis cōtra leges, quas quilibet scire pręsumitur. Corn. in consi. 237.litera B,in 2.vol.

Metus semel illatus præsumitur durare.Corn. consil.41. litera L,& seq.in 2.

Mala fides pręsumitur in nouo possessore. Corn. in consi.172. litera O, in 3.vol.

Mulier non præsumitur dare in dotem bona sua. Cor.in consi. 127.litera B,in 4.volum.

Mala fides potius præsumitur quàm error. Cor. in consil.70. in 4.litera H.

Malafidæi allegatio præsumpta tollitur cursu 30. annorū. Ias. consi.72.num.2.

Metus semel illatus pręsumitur semper durare.Gozadi.in cōs. 9.num.18.

Mandatum non pręsumitur etiā per mille annos.Gozad.in cōs. 15.num.5.

Mandatum ex coniecturis præsumitur, licet sola diuturnitas

temporis hoc non inducat. Gozadin.consi.11.nu.13.

Mandatum licet ex longo temporis cursu non præsumatur, prę sumitur tamen ratificatio. Gozadi.consi.11. num.16.

Mandatum nunquam præsumitur ex longissimo temporis cursu, nisi agatur de modico præiudicio.Gozadin. in consi. 96.num.11.

Mandatum præsumitur, quando apparet de productione, seu lis est contestata cum procuratore. Gozadin. in consil.96. ibi.nu.15.

Mulier maritata pręsumitur potius dotata, quàm non, & potius de bonis patris & fratris uel fratrum, quàm aliorum. Cur.sen.consi.34.num.3.

Mens testatoris præsumitur esse talis, qualis est legis dispositio.Cur.sen.in consil.75. nu.6.

Matrimonium in dubio non præsumitur putatiuum, sed uerũ. Cur.iun.in consi.64. num.17.

Mori subito nemo præsumitur, nisi pestis tam ualida probetur.Ancha.consi.388. num.10. Soci.iun.consi.89.num. 1.in 2. uolum.& matrimonium præsumitur ex cohabitatione per decennium, quando semel se maritum & uxorem confessi sunt & de hoc erat fama in uicinia. Socin.iunior in consil.89.nu. 5. in secundo.

Metus præsumitur instare in detento, licet permittatur ire p curiam.Marsilius in consil. 48. nume.28.& terror semper præsumitur in fieri ab officiali. ibi. nume.27.& metu tormentorũ in dubio confessio facta præsumitur.ibid.nume.29. & metus durare præsumitur, quousque durat eadem torquendi potestas.Marsilius consi.52. nu.5.

Malè, qui se gessit, præsumitur sepeius gerere in futurum. Marsilius in consi.51.nu.2.

Mortuus carceratus repertus prę sumitur cõtra custodem.Marsil.consi.52.nume.36.

Maritus præsumitur procurator constitutus ab uxore, si penes ipsum reperitur instrumentũ nominũ debitoris uxoris.Marsil.consi.52.num.39.

Memor salutis ęternæ quilibet prę sumitur.Marsil.consil.109. num.31.

Metus præsumptio cessat ex præsentia iudicis.item metus præsumptio cessat ex præsentia mariti, aut amicorum.itẽ metus præsumptio cessat in his, quæ fiunt ex interuallo. itẽ metus prę sumptio cessat, ubi de metu protestatus quis nõ fuit. item metus non præsumitur in actu geminato, aut reiterato.Crauetta consi.113.nu. 2.& sęq.in 1. uol.item metus non prę sumitur, nisi probetur.item metus non prę sumitur in officiale contra non subditum.itẽ

metus

ante

ante uerisimilem notitiam, esse conscius alicuius conspirationis. Ripa de legibus, consil. 16. num. 3.

Miles præsumitur in conflictu intulisse uiolentas manus in hostes. Ripa in consil. 34. num. 31. de rescriptis.

Metus, quomodo probetur, quia dependet ab animo. Neuizan. consi. 46. num. 17. & metus nõ præsumitur in præsentia notabilium personarum, uel loco insigni, uel coram affinibus, uel quãdo ciuiliter agitur. ibi. num. 20. & 21. & metus extorti iuramenti non præsumitur purgatus, & si in instrumento dicatur sponte, & ex certa sciẽtia, contractum fuisse. ibi. numero 22.

Mens præsumitur conformis naturæ actus, qui geritur. Neuizan. in consil. 49. num. 26.

Maritus, qui longo tempore aluit uxorem, præsumitur habuisse dotem. Neuizan. consil. 57. num. 8.

Mulier, quæ longo tempore administrauit bona mariti absentis, præsumitur sibi satisfecisse de dotibus. Neuizan. in consi. 57. num. 11.

Mercator in dubio præsumitur lucrari. Neuizan. in consil. 77. num. 25.

Motu proprio quid factum non præsumitur, nisi nominatim in rescripto dicatur. Castellioneus in consi. 8. num. 30.

Metus præsumitur durare, ubi durat eadem torquendi potestas in officiale. Grammatic. in consi. 40. num. 14.

Præsumitur pro mandato principis. Machellus patrocinio 5. num. 4.

Maritus sciens se non esse soluẽdo, uel uidens se futurum esse non soluendo, præsumitur cõfiteri dotem in fraudem eius creditorum, nedum anteriorum, sed & futurorum. Machellus patrocinio 56 nu. 9.

Mulier non præsumitur uelle iactare suum. Bellonus in consi. 65. num. 6.

Matrimonium nõ probatur per præsumptiones, nec præsumptionibus leuibus est præsumẽdum pro matrimonio, nec matrimonium probatur per cohabitationem uiri, & mulieris in eodem lecto, & mẽsa, sed potius fornicatio. Bellonus consi 88. num. 14. 16. & 17.

Mulier præsumitur meretrix ex præsumptione uiolenta. Iosephus Fontanella inter consil. crim. per Zilettum consil. 97. num. 35. lib. 2.

Matrimonium ex quibus præsumatur contractum & consumatum, ubi sponsalia præcesserunt Laudensis consi. 30. nu. 1. & ibi. Matrimonium præsumitur ex confessione, uel quasi possessione, & matrimoniũ

præsum-

pręsumptum est, si post matrimonium sequatur copula. itē matrimonium ex solo osculo, uel tentando, quando pręsumatur. item matrimonij fauore in dubio præsumitur pro actore. Item matrimonium, ubi reperitur factum in dubio præsumitur factum etiam seruatis solemnitatibus concilij Tridentini, ibidem.

Matrimonium præsumitur metu factum, ubi ad plura loca puella fuit translata, & ubi puella pluries fuit protestata. Laudensis consil. 31. nume. 21. & 23.

Matrimonium præsumptum nō admittit probationem in contrarium, Laudensis in consil. 61. num. 17.

Magis dilecta præsumitur minus grauata. Moder. Parisi. consil. 5. num. 1. & prędilecta non minus pręsumitur plus grauata, uel prohibita. Moder. Parisi. in consi. 6. num. 7.

Minus quod est in dubio præsumitur. Moder. Parisi. consil. 9. nu. 22. 23. & 27.

Mater præsumitur magis diligere filiam quam se ipsam. inter consi. ulti. uolunta. per Zilettum consil. 158. nu. 34 quod est Anton. Fran. de Doctorib.

Minus dilectum non præsumitur quis præferre magis dilecto. Cephal. consi. 62. num. 50. in 1. volum.

Matrimonium præsumitur fraudulentum, quod sine pompa, ac numero, saltem quinque testium contractum non est. Cephal. consi. 82. nu. 27. in 1. uol. Roland. a Valle consi. 93. in 3. ubi contra ser Iacom.

Matrimonium non præsumitur, quādo est maxima disparitas inter marem & fœminam. Cephal. consi. 82. num. 63. in 1.

Moriens non præsumitur mentiri. Cepha. consi. 86. nu. 18. in 1.

Minor præsumitur simplex, & ignarus, fallaciis subiectus potius, quàm ut ipse decipere sciat. Cephal. consil. 109. num. 14. in 1.

Mater præsumitur melius scire ętatem filiæ, quàm ipsa filia. Cephal. in consi. 142. nume. 57. in 1. uolum.

Malum de malo uiro semper pręsumitur. Cepha. consi. 164. nu. 14. in 2.

Metus præsumptio tollitur ex præsentia iudicis. Ceph. consi. 210. nu. 83. in 2.

Maritus præsumitur scire conditionem adiectam legato. Rolandus consil. 36. num. 24. in 2.

Mutatio præsumitur in his, quæ uariantur tempore. Rolandus in consi. 67. num. 17. in 2. uol.

Mulier non præsumitur dare omnia bona sua in dotem. Port. in consi. 82. num. 7. & 9.

Mendacium præsumendum non est. Fortu. in trac. de ultimo fine

ne iuris, num. 477. tomo primo, in princ.

Mētiri debitor non præſumitur, qui pecuniam ad manum ſe non habere dicit. Bald.conſil. 318. in princ.

Mandatum nunquam præſumitur ex temporis diuturnitate, ſecus in conſenſu pro forma requiſito. Ruin.conſi.41. num. 19. in 1.

Malæ fidei præſumptio ceſſat, & bonę fidei inducitur ſpacio lōgiſsimi temporis, præſertim concurrente titulo, licet nullo & iniuſto maximè confirmato. Ruin. conſil.41. nume.25. & 29 in 2. item præſumptio malam fidem abeſſe differt ab illa bonam fidem adeſſe, quia eſt dare medium. Ruin.conſil. 41. num.30. in 1.

Metus præſumitur, ſi contrahēs cum tiranno enormiter læſus inueniatur, etiam ſi ſit renunciatū exceptioni metus. Ruin. in conſi.105. num.2.

Metus pręſumitur purgatus per taciturnitatem longi temporis, ſcilicet, quo ad tertiū poſſeſſorem. Ruin.conſi.105. nu.9.

Mala fides poſsidentis pro hęrede dicitur eſſe pręſumpta. Cacheranus deciſ. Pedemontana 56. num.10.

Mens talis eſſe pręſumitur, qualis eſt legis. Cacheranus deciſione Pedemontana 160. num. 5. col.1. ad fi.

Malitiis uiam aperire quis non debet. Cacheranus deciſione Pedemontana 170. num.7.

Mala fides quibus caſibus pręſumitur. Menochius de arbitr. iudi. caſu 225.

Male fidei pręſumitur, qui uendit tanquam procurator, ſi nō conſtet de mandato. Rolan. a Valle in conſi.6. num.41. in 3. uolum.

Mala fides pręſumitur, ſi diſtrahitur id, quod non debet diſtrahi. Bal.conſi.75. in princ.

Memoriam quis tenere præſumitur eorum, quę facit l. magnā, C. de contrahen. & committē. ſtipula. Bald.conſil.110. col.2. num.1. in primo uolu.

Mutatum non pręſumitur quid, niſi probetur. Bald. conſi.401. in primo.

Mortuus præſumitur is, de quo eſt fama, ac etiam ſit mentio in inſtrumento cum aduerbio quondam. Bald.conſil.407. nu. 9. in primo uol. idem in eo, de cuius uita nunquam fuit ſcitū iam unt 20. anni & ultra. Bal. conſi.90. in 2.

Mortuus non præſumitur, niſi probaretur ſaltem per plura indicia. Bal. in conſi.170. num. 3. in 2.

Mutuum in dubio pręſumitur quis potius uelle contrahere, quàm donare. Bald.conſi.236. num.4. uerſus finem, colum.2. in 2. uolum.

Mutatum

Mutatum non præsumitur, nisi probetur. Bal. consi. 9. nume. 2. in tertio.

Matrimonia ex generali consuetudine non contrahuntur sine dote, ergo dos constituta præsumitur, quòd ad arbitrium boni uiri est referendum. Bal. consi. 111. in 4. uol.

Mulier præsumitur acquirere ex bonis uiri. Bald. consi. 66. in 5. uolum. & consi. seq.

Mortuus nemo nasci præsumitur. Bald. consi. 69. in 5. num. 4. in 5. uol.

Mandatum non præsumitur ad delictum, etiam si delictum committatur per famulum, uel amicum. Bald. consil. 383. num. 5. in 5.

Memor quis præsumitur eorum, quæ facit. Bal. in consi. 505. nu. 2. in 5 vol.

Minor potest in integrum restitui aduersus dolum præsumptum. Bal. in l. inter minores, ff. de in integrum resti. mino. col. 2. circa princ.

Matrimonium præsumitur, licet non constet interuenisse matrimonialia uerba, dummodò interueniant matrimonialia facta, puta honor maritalis, & psonæ sint æquales, inter quas honestum cadat matrimoniũ. Nam matrimonium inhonestum non præsumitur, quia si quis furtiuè accedit præsumitur concubina. Bal. in l. in libe-ræ. ff. de ritu nuptiarum.

Metus, aliud est metum præsumere, qui regulariter non præsumitur, aliud præsumere metum non interuenisse, quod ẽt regulariter non præsumitur, aliud est nihil præsumere. Bal. in l. transactionem, nume. 1. C. de transac. illud quod est facti præsumitur ex contumacia, id est concubitus, sed non quod iuris est, idest matrimonium. Bal. in l. ita demum, colum. 2. num. 7. C. de procurato.

Mandatum ad delictum non præsumitur, nisi probetur. Bal. cõsi. 98. num. 7. in 1. uol.

Mors præsumitur illata tædio uitę, cum causa non præcessit. Menochius de arbitrio iudicis. casu 284. nu. 17. ut hoc anno fecit quidam Magister literarius nomine Thyresia Romandiolę hic Ferr. 1571. insequiente rubesto terremotu, mẽse Aprili, qui se proiecit in puteum, & suffocatus est nocturno tempore.

Mala fides præsumitur cõtra reũ, qui in secunda instantia reportat sententiam contra, & ideo cõdemnatur in expensis. Bal. consi. 24. in 3.

Metus præsumitur factus, ubi metus, uel uerbera præcesserant. Bal. consi. 26. num. 2. in 3. uol.

Maritus in dubio non præsumitur uelle priuilegiare uxorem in bonis suis. Bald. consil.

 sil.

sil. 51. in tertio uolum. num. 2.

Metus iniustus non præsumitur, ubi causa est iusta. Bal. consil. 127. num. 1. in 3. uol.

Mulier præsumitur bona sua tacitè uiro suo in dotem dare. Bal. consi. 276. in 3. uol. num. 4.

Metus præsumitur, qui est in tormentis, qui timet crudelitatē, uel capitalem inimicitiam hominis potentis & arbitrio iudicis cōmittitur, & etiam præsumitur metus in eo, qui est ita arctatus, quòd non potest fugere, & præsumitur compulsus & terroribus imminentibus, & nemo, qui in potestate hostium est præsumitur spontaneus, nec is, qui sine uitę periculo non audet libera mente & libera lingua uti, item ꝓbatur metus per locum a uerisimilibus, item probatur metus per effectum, per quem ꝓbatur animi effectus, item per cathenas prēsumitur impressio, libera gēs cui libera mēs, & libera lingua. Bald. consil. 364. nu. 5. in 3. vol. ubi & alia.

Minores præsumuntur ignorare ius. Bald. consi. 341. in 3. uolu.

Mēs talis esse præsumitur illius, qualem uerba indicant, etiam si sit Papa Gomes. de annali poss. q. 10. litera F, fol. 251.

Mutuatum societati mercatorū lex præsumit, quòd sit acceptum in causam mercantiæ. Bal. consi. 440. num. 1. in 4. uol.

Mulier, quæ se obligat pro uiro, præsumitur seducta a uiro. Bal. consi. 5. in 5. uide Cepolā consi. 27. in ciuilibus. Bald. cōs. 193. in 5. uol.

Memor prēsumitur quis eorum, quę fecit. Bal. in l. quamquam, ff. ad Velleian.

Mulier non prēsumitur ex traditione sine titulo ex causa dotis tradere omnia bona. Bald. in l. hęc sententia, col. 2. num. 10. de sententiis, quæ sine certa quantitate &c.

In obligatiuis præsumitur, quod est minus. Moder. Paris. consil. 11. nu. 22. & seq.

Medicinas infirmus recipere recusans præsumitur non sanæ mentis, glo. in cap. prouidendum. 83. dist. Specula. singulariter in tit. de salario, §. si. uers. sed quid si infirmus. Petr. Rauēn. in suo alphabeto in uers. Furor.

Mulier de facili præsumitur decipi, §. his consequens, in auth. de ęqualitate dotis, propter uiri seductiones, §. 1. in authen. ut immo. ante nup. don. facit, qđ no. in c. 1. & 3. de adult. item in dubio mulier honestæ uitę, prę cibus, uel insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, prēsumitur deuicta. l. vnica. §. pen. C. de raptu uirgi.

Mendax in dubio non prēsumitur in dolo, nisi mendacium tendat ad sui utilitatem. text.

est ho. in l. eleganter. §. fin. ubi Bar. ff. de dolo.

Miles, qui recipit mutuum, in dubio pręsumitur expēdere causa militię. tex. est singu. in l. fin. in fi. C. ad Macedon. glo. in l. 2. ff. eo. & est præsumptio iuris & de iure secundùm glo. ibi.

Mulier quidquid acquirit præsumitur ex bonis mariti acquisiuisse, uide omnino Petrum de Rauenna in suo alphabeto, uersi. depositum, fol. 32. cól. 4.

Mutatio uoluntatis non præsumitur. Neuizan. consil. 20. nu. 9. Alexan. consil. 113. num. 19. in 6. uolum. Corn. consil. 249. litera A, in 4. uolum.

Mulier non pręsumitur iactare suum. Bellonus consi. 66. nu. 6.

Malus semel semper pręsumitur malus in eodem genere mali. regula semel, de regu. iur. Cepola consi. 37. num. 3.

Matrimonium non pręsumitur contractum, nec filius pręsumitur legitimus, quando mulier est turpis uitæ. Bar. consil. 120. num. 4. & debet probari matrimonium. ibi. Nec nominatio alicuius in coniugem ꝓbat matrimonium, & alia plura. Parisius in consil. 59. in 4. ubi pro D. Ang. uide omnino.

Mortua matre una cum filiis casu fortuito, præsumitur, quòd filij prius decesserint. Bart. in consi. 179. num. 4. itidem & in prin. Bald. consi. 145. in 5.

Mutuans militi pręsumitur mutuare in re; castrensi, nec admittitur probatio in contrarium. Martin. Lauden. in trac. mili. q. 14.

Mala fides semper pręsumitur contra reum in causa appellationis condemnatum. Bald. in consi. 24. num. 2. in 3.

Malè uti substantia quis an pręsumatur, & quomodo probetur. Bal. consi. 122. in 3. nu. 3.

Metus an probetur ex pręsumptionibus testatori illatus, & compulsio. Bal. consi. 350.

Mortuus nemo præsumitur nasci. Bal. consi. 69. lib. 5. num. 4.

Mortuus non pręsumitur, sed potius uita, quia mors est facti, & non pręsumitur nisi in casibus in iure expressis. Bal. consil. 145. in 5. uol. num. 5.

Mortuus filius primò non præsumitur, quàm pater, nisi quando simul moriuntur in eodem casu, puta ruina &c. Bal. d. cōs. 145. in 5. num. 6. ubi etiam dicit, quòd quando mors est fundamentum intentionis alicuius debet probare mortem, & ibi alia. Cast. cōs. 101. in 2. nu. 1. Alexand. consi. 39. nu. 3. in 1.

Mutuum pręsumitur, nisi qualitas pręcedentium uerborum aliud designet. Bald. in consil. 339. in 5.

Memor quis pręsumitur eorum, quę facit. Bald. in consil. 505. num. 2. in 5. uol.

Mandatum prȩsumitur ex longinquitate temporis, & factũ aliquid præsumitur nomine illius, ad quem factum pertinet. Cast.consi.84.num. 8. in 1.

Murus, uel paries cognoscatur communis,& qualiter nõ prȩsumatur communis. Paulus de Cast.consi.334.num.1.in 2. uolum.

Mulier quo casu non præsumatur habere de bonis uiri. Alexand.in consi.24. num. secundo,in 1.

Mandatum non habet pro se prȩsumptionem, nisi quatenus ex eius inspectione apparet. Alexand.consi.6. num.4.in quarto.

Mens & intentio iudicantis esse præsumitur qualis esse debet. Dec.consi.43.num.5.

Mandatum non præsumitur ex tempore. Socin. in consil.254. num.5.in 2.vol.

Mariti res in domo prȩsumuntur potius, quàm uxoris propter præeminentiam, oportet igitur, quòd uxor probet suas. Bald.in l.2.C.ne uxor pro marito.

Mulier non præsumitur certiorata Velleian.Bald.in rubr.C.ad Velleian.num.4.

Mulier etiã prȩsumitur esse territa, donec est apud uirum. Bald. in l.& si contra, nume.2. C.de nuptiis.

Mulieres licet perdant instrumentum,tamen non perdunt iura sua,si habẽt aliam probationem,uel ualidam præsumptionem. Bal.in l.cum citra,in antiq.C.de iure do.

Miles magis præsumitur liberalis,quàm paganus. Bal. in l.Lucius, §.idem respon. ff. de acq. hære.ubi tex. & glo.facias unã manum magnam inquit Bal.

Mortuus præsumitur & interemptus ille,qui non apparet.Bal. in l.& si certus, §.si unus, ff. ad Syllanian.vbi dicit,quòd facit in argu.pro illis,qui non inueniuntur post cõflictum, ut præsumantur interẽpti in bello.

Multitudo hominum in iudiciis semper prȩsumitur. l. in donationibus, C.de dona.Foller. in prac.cano.tit.quòd si comparuerunt.num.2.fol.163.

Mulier uirum timere præsumitur.Innocen.in cap perlatum, quòd metus causa. Concenatius lib.1.q.cap.9.num.20.

Mulier non præsumitur omnia bona in dotem dare marito, uide omnino Concenatium in 2.lib.q.cap.5.ubi bene.

Mendax in uno præsumitur etiã mendax in alio. Ioan.de Amicis in consi.73.num 3.

Metus reuerentialis præsumitur in nurum respectu soceri, cum eadem sit reuerentia in socero,quòd in marito. Crauetta d.consi.282. nume.9. ubi dicit quietationem factam a nuru

socero

socero non tenere in casu illo.

Mendax conuictus de mendacio super uno negato, præsumitur cōtra eum super alio negato, nisi contrarium probetur. Crauetta consil.282.colum. fi.circa principium.

Mulier præsumitur mala. Plotus inter consi.ultimarum uoluntatum diuersorum, consi.168. num.48.ubi & alia.

Matrimonium non præsumitur inter dispares. Calephatus inter consi. diuersorum crimin. per Zilettum consil.59.nu.51. tomo 2.

Minor pręsumitur ignorare ius sibi competens, & hoc est speciale in ipso minore. Crauetta in consi.255.num.3. in 2.uol.

Mens talis præsumitur, qualia uerba, in ore enim & mente pręsumitur esse unum, & idē. Crauetta consi.294.uersic. secundò considero.in 2. uol.

Præsumitur semper pro eo, quod multum potest. Crauetta consil.318.num.4. uersi.3. respon.

Mortuus præsumitur uulneratus ex negligentia & mala cura, quàm ex uulnere, ubi constat de negligentia & mala cura. Asinius inter consi. criminalia diuersorum per Zilettum cōsil.107.num.7.tomo 2.

Magistratus habet pro se præsumptionem. Natta consi.527. num.10.

Mulier donans præsumitur decepta. Royzius deci.3. pagina 100.col.1.circa princ.

Mulieris dictum facit præsumptionem nō modicam, & ideo potest deferri iuramentum, quia præsumptione faciente pro aliquo deferri potest iuramentum. Abb.in c.ex insinuatione, num.7. de procuratoribus.

Merita in dubio præsumuntur inesse ipsi donatario. Bald. in l.certum, in fi. C.fam. ercisc.

Miles non pręsumitur in dolo, sed præsumitur in milite magis error, quàm malitia. Cephalus consil.110.num.33.

Memor quis præsumitur suę salutis. Bertran.in consi.82. num. 1.in 1.uol.

Mercatores præsumuntur libros mercaturę conficere ex mandato eorum, qui cum eis contrahunt, & ex consuetudine mercantili, & ideo eos tenentur edere ad instantiam eorū, qui cum eis contrahunt, & est communis opinio, de qua Bertran.consi.202.nu.5. in 2.uolu. lib.1.

Mulier præsumitur acquisiuisse ex bonis uiri, ut euitetur turpis suspicio, etiam, quòd sit uidua, & gubernatrix pupillorum. Bertran.consi.280. num. 15.& seq.in 2.uolum. lib. 1. uide omnino.

Mala fides præsumitur in habente iuris præsumptionem contra

tra sc. Bertrand. in consil. 346. num. 16. in 2. uol. lib. 1.

Mortuus quis præsumitur in bello, in quo notoriè multi interierunt, qui in eo fuit ingredi uisus uiuus, & ipse non probetur postea fuisse uisus, quia ibi præsumitur mortuus. l. fin. §. si quis in bello, ff. de iis, qui not. infa. & ibi etiam Bart. Bald. & Angel. quia satis dicitur constare de morte, & ideo per eorum proximiores hæreditas adiri potest. Bertran. consi. 48. num. 1. & seq. in 3. uol. lib. 1. & ualet argumen. a bello ad pestem. ut per me, de arg. argumento isto.

N

NOminatus primo in testamento præsumitur fuisse a testatore magis dilectus. gl. in l. qui soluendo. 2. ff. de hære. insti. quia ordo scripturæ est attendēdus. l. quoties in prin. ff. de usufruct.

Pręsumitur pro notario, not. in l. quoties, in prin. ff. de hære. insti. Alex. in l. Herennius, §. Caia, de euictionibus.

Pręsumitur pro nobilibus, in his, quæ concernunt nobilitatem. glo. in c. illud. 40. dist.

Natus præsumitur primò masculus, cum mulier masculum & fœminam simul parit l. si fuerit. ff. de rebus dub. & si ambo masculi sunt nati pariter, & non apparet quis prius, præsumitur, quòd formosior & robustior celerius exiuerit de carcere materni uteri, argu. l. si fuerit §. fi. ff. de reb. dub. secū dùm Bal. in §. sed cum uos, in 3. col. in proœm. fforum, uide omnino in Apostill. ad Bar. de præsump. ubi, quis eorum primogenitus dicatur.

Nobilis & uirtutis studiosus præsumitur quis descendens ex nobili genere, sicut econuerso de pręsumptio. regula prima, præsumpt. 48.

Numerus maior eligentium præsumit, quòd maior sit zelus. Alciat. regu. 1. pręsumptio. 51. de pręsumpt.

Præsumitur quòd notario, quòd bene exerceat officium suum. Alciat. de pręsumpt. regula 3. præsumpt. 13.

Natus ex uxore præsumitur conceptus de marito, licet mater interim etiam cum aliis consueuerit. Alciat. de pręsumpt. regu. 3. præsumpt. 37.

Nolle, qui semel noluit semper durare præsumitur, patet ex eo, quod no. ff. si cert. petat. l. si quis cum nec. §. j. in gloss. quę semper.

Nouatio non pręsumitur, nisi expresse agatur. C. de noua. l. fin. Dic: ut no. ff. de pręt. stipu. l. fi.

Non præsumitur, qui per nouatione aliquid promittit plus

deducere in secunda obligatione, quàm tenebatur in prima, ff. de vsur. l. si stipulatus.

Nominans aliquem ad publicū munus perpetuum excusationem habentem præsumitur causa uexationis & calumniæ nominare, si nominatus in causa appellationis interiectæ ꝑ cum obtineat. l. 1. C. de sump. recu. & de decur l. 2. & not. ff. de uaca mu. l. 1. §. sed si per calumniam.

Notarij pręsumūtur habere propositum uoracitatis & fraudis, C. de numerat. l. 1. ubi & Luc. de Penna, & in eisdem fastus & rapacitas pręsumitur. ff. de priui. eo. qui in pala. mili. l. penultima.

Nouitas parit discordiam, de consue. c. cum consuetudinis, ubi dicitur, quòd nouitates ꝓsumuntur parere discordias.

Negligens pręsumitur, qui admonitus nō facit, quod facere debuit. 18. dist. peruenit, & no. extra de censi. c. Romana.

Natura humana facilius labitur ad delicta, ut præsumitur, in §. si uerò, in auth. de mona.

Nupta præsumitur mulier, quæ anulum defert in digito. 30. q. 5. nostrates.

Nominationi consentire pręsumitur, qui appellat ab ea. l. 2. C. de filiofam. lib. 10.

Notando & disputando bene & optima ratione decerni præsumitur. l. munerum. §. mixta, ff. de munc. & hono.

Notarius pręsumitur rogatus cōficere instrumentum, ut no. in authen. de tabellio. §. nos autē, in glo. hic no.

Notitiam quis habere præsumitur de his, quę palam fiunt in ciuitate. Abb. in cap. fi. num. 2. qui matri. accusa. poss.

Notarius, an pro notario præsumatur ex lōgo, & quotidiano exercitio. Bald. consi. 338. in 3. parte, num. 4.

Nouum, uel uetus an præsumatur, & quomodo probetur. Bald. consi. 263. nu. 1. in secunda parte.

Si in utero matris simul nascantur masculus & fœmina, nec apparet quis primò natus fuerit, pręsumitur masculus primò natus, ff. de rebus dub. l. si fuerit, §. fi. ratio, quia masculus fortior pręsumitur. Iodocus de præsumpt. num. 24.

Notarius pręsumitur a partibus rogatus, ut instrumentum cōficiat, si aliter non constet, ut no. Ioan. de Lignano in c. 1. de fide instrum. quod est bonum scire, quia instrumentum tabellionis non rogati non probat, ut dicit Ioan. de Grassis in d. c. 1. uide tamen Alexand. consi. 70. volu. 2. & Bald. consil. 300. in 4. uol. & consi. 32. num. 14. & seq.

Notorium quid esse pręsumitur.

Guid.

Guid. Pap. de pręsumptio. numero 15.

Nūntio an credatur, & pro eo p̄sumatur, qui exequitur mandatum iudicis, & fuit percussus &c. Gui. Pap. in trac. præsumpt. num. 20. uide omnino, & etiam Alciat. de præsumpt. regula 3. præsumpt. 14.

Notarius mortuus præsumitur, quòd ipse fuerit notarius, nec est necesse probare de suo titulo, sed solum de quasi possessione utendi officio notariatus, secus si uiueret, secundū Inno. in c. ueniens, de iureiur. & uide Bartol. in authen. quas actiones, C. de sacrosanctis ecclesiis.

Notorium dicitur etiam, quod resultat ex præsumptione iuris. Guid. Pap. de præsumptio. num. 59.

Negatiua probatur per pręsumptiones, probādo amicitiam, uel affinitatem occidentis alium. ita dicit gloss. in l. 1. C. de sica. & pro tanto occisor probat negatiuam, quia intentio actoris est fundata propter crimen commissum, nam qui facit, quod facere non debet, dolus in eo præsumitur, ff. ad l. falci l. dolo, ideò ipso facto intentio actoris notoria iuris p̄sumptione probatione non indiget, ut dicit Cyn. in l. 1. C. de sica.

Notariū quem fuisse in antiquis instrumentis non est necesse probare, uel, quòd quis fuerit in quasi possessione notariatus, quia ex facto in antiquo oritur præsumptio, ut dicit Innocen. in c. ueniens, de uerbo. signifi. & ponit Bal. in authen. quas actiones, C. de sacrosanctis eccles.

Notarius præsumitur falsarius eo ipso, quòd probatur aliter lectum quàm scriptū. no. Bar. in l. quoties, ff de hære. insti. & si pars producat tale instrumētum, an poterit aduersarius redarguere de falso in aliqua eius parte. Guid. Pap. de præsumpt. num. 89. ubi etiam dicit, quòd notarius pręsumitur apponere uerba importantia uoluntatem defuncti, quāquā sit idiota. no. Barto. in l. si quis filiabus. ff. de testa. tutela. Et si unum fuerit dictum per contrahentes, uel per notarium dum uerba contractus recitabat, & aliter reperiatur scriptum, non præsumitur falsè scriptum, sed erroneè, nisi ex aliis circunstantiis aliud appareat, secundùm Bartol. in l. quoties in 3. no. ff. de hære. insti. de teste, qui dicit se nihil scire de contentis in instrumēto, uide per Bar. in l. coram, ff. de uerbor. signi. & Panorm. in c. cum Ioan. de fide instrumēt. & si testes contradicāt instrumento, cui potius erit stan. an notario,

notario, uel testib. Specula. titulo de instru. edi. §. restat, uer. quid si dum attestatio publicatur. Guid. Pap. de præsumptio. num. 93. & q. 540.

Notarius ponit in instrumento ista uerba, ex certa scientia, & bene consultus, non ui, non dolo, neque metu inductus, an ex tali assertione præsumatur talis contractus esse. Respon. quod sic, quia ex instrumento oriuntur præsumptiones. prima, quod sit uerum instrumentum. secunda, quòd sit solemne. tertia, quod uerba prolata a notario fuerint a partibus prolata. iuxta no. in l. cum precibus, C. de proba. ita dicit, & tenet Bart. in l. rem maioris precii, C. de rescin. uend. & istud est notabile, secundum Gui. Pap. de præsumptio. num. 102. attamen credit, quòd admitteretur probatio in contrarium.

Notarius præsumitur rogatus, etiam si non constet, uel siue dicatur, rogatus scripsi & publicaui. Firman. uer. notarius de quibus rogetur, fol. 120. Alex. in consi. 73. num. 7. in 1.

Notarius præsumitur potius errare, quàm falsum committere. Firmanus uer. isto fol. 121. vbi dicit uerum, nisi constet ex coniecturis dolus, & non præsumitur errare, nisi cōstet, ibi. & quando est bonæ famę. Alexand. consi. 53. num. 20. in 7.

Notarius non præsumitur scripsisse testamentū aliter, quàm testator dictauerit, & non præsumitur errare, nisi probetur. Castr. l. errore, C. de testamēt. item non præsumitur scire factum aliter, quàm habuerit a partib. item præsumitur scripsisse quicquid habuit a partibus in mādato, cuius fines nō præsumitur excessisse, sed fideliter scripsisse. Bald. d. l. errore, & præsumitur potius omisisse, quàm plus scripsisse in scriptura sua. Bal. in l. fin. §. licentia. C. de iure delibe.

Nullus pręsumitur ignorare iures patrimonij sui, & suorū. l. quisquis, cum glo. C. de rescin. uendi.

Numeratio præsumitur si pecunia fuit præsens, etiam præsumitur facta tempore instrumēti continentis confessionem de recepto cum stipulatione, & præsumitur numeratio ex lapsu biennij, nisi contra probetur, & non præsumitur numeratio usurarum contra usurarium. Firmanus in repertorio, uer. numeratio.

Nuncius quando mittitur præsumitur, quòd mitti potuerit etiam procurator. no. in c. constitutus, & ibi doct. & Francus de appella.

Nominatus in scriptura tanquā præsens & consentiens, præsumitur fuisse præsens. Alciat. in

consi.6.num.10.in primo.

In instrumentis antiquissimis præsumitur eum, qui subscripsit esse notarium, nec alia fides de tabellionatu facienda est. Alciat.consi.4.num.16.in 4.

Necessarius non præsumitur necessarium sinere illaqueari & defraudari. glo.in l.2. ff. in ius uoca.eant.

Nominatio filiationis præsumptionem non facit, ita, quòd probandi onus in aduersariũ transferatur. Dec. consil. 462. num.13.

Nudus cum nuda inuentus, & solus cum sola in uno lecto recubans præsumitur fornicatio, uel adulterium c.literis,de præsumptio. Iodocus ubi supra, nume.14. & hæc quidem iuris est uehemens & uiolenta præsumptio,ut inquit Iodocus.

Nomen proprium ignorans præsumitur non sanæ mentis. Innocen.in cap.cum causam, de testibus.Pet.Rauennas in suo alphabeto,uer.furor.

Notarius præsumitur in dolo, si omisit debitas solemnitates in testamento,secus in aliis instrumentis,quia potius præsumitur error,quàm dolus. uide Petr. Rauenn. in suo alphabeto aureo,in uer. testamentum col.pen.& ult.

Negligere ius suum nemo præsumitur, maximè ubi fuit uigilans in acquirendo. Cepola in consil.26.numero septimo.

Notarius in dubio præsumitur rogatus.Bal.in consi. 158.num.3. in 2.parte. Alexand. in consil. 48.num.5.in 5.uolum. ubi dicit communem.

Notarius habet præsumptionem pro se ex longo & quotidiano exercitio.Bal.in consi.128.nu. 4.in 3.parte.

Nuncius præsumitur potius aliquem citasse ad domũ, quàm personaliter, quando habuit in mandatis, quòd citaret personaliter,uel ad domum. Alexan.in consi. 2. nu.7.in 3.uol.

Notarius præsumitur rectius ratione officij, & præsumitur pro instrumento, quòd contineat ueritatem.Alexand. in consil. 53.num.29 in 3. uol.

Notarius præsumitur apposuisse clausulas consuetas ex uoluntate testatoris.Alexand.cons. 50.num.8. in 6.uolum.

Natus præsumitur ex legitimo matrimonio. Alexand. consil. 88.nu.9. uol.7.

Notarius in dubio præsumitur, quòd fideliter scripserit. Alexand.consi.89.num.7.in 7. uolum. & quòd bene & legaliter scripserit. Socin. in consil. 98. num.13.in 3.

Notarius satis præsumptiuè probatur, quando fecit multitudinem instrumentorum. Alexand. in consi.184. num.7. in 7.uol.

Notarius

Notarius præsumitur peritus nō indoctus. Corneus consil. 195. litera V, la secunda, & sequen. in 1. vol.

Notarij rogitus non presumitur. Corneus in consi. 70. litera C, in 4. uol.

Nouatio hodie non præsumitur, quomodo intelligatur. Bal. in consi. 128. in 2. parte, nu. 2. Cephalus consi. 4. num. 50. in 1.

